

Baptistae Mantuani
opera vasia.
Daventriae
1501 - 1502.







18 – 1 – 12
1) – 8)

67
ws

23828

Carmina de beata Catharina

Fratris Baptiste Mantuani Carmelite theologi ad magnificum. D. Bernardum bembum patricium Venetum et iureconsultum peritissimum secunda Parthenice incipit

Ostidis aggressi pugnam: tormenta: rotasque
Atque triumphato victricia bella tyranno
Detegimus fraudes. et numina falsa deorum
Sancta faue virgo tenuem cui carminis orsum
Pangimus. et vento venias ad vela secundo
Veridicos cantus non ex helicone vetusto
Porrige: sed christi sacris de fontibus haustos
Da mihi non hedere non lauri vimine textam
Sed qualem tu diua geris de fronde coronam
Arboris eque: medio quam legimus horto
Spargere foelicem ramis vitalibus vmbram
Et paradisiaco nobis aspiret ab orbe
Vera dei soboles eterna potentia patris
Orbe soporato tellus egyptia noctem
Roriferam induerat: mersusque sub equore titan
Hesperio coeli nitidos accenderat ignes
Et niger attollens humentem scorpius ortum
Stringebat iam rura nouis effoeta pruinis
Cum iouis imperio volucres cyllenius alas
Sumpsit: vt ex toto veteres memphitis in agros
Cogerat orbe deos: qui maiestate relicta
Iam sua cedebant nostris altaria sacris:
Inuitaque iugum Christi ceruice ferentes
Nulla dabant responsa palam: sed coeca malorum
Semina iactabant: tacitoque in pectora lapsu
Intrantes humana dolos et operta venena

Gentis ad excidium nostrę inspirare solebant:
Quale per insidias gerit inter ouilia bellum
Nocte lupus facta pedibus scrobe limina subter
Tunc ferus ausoniis mauors noua gentibus arma
Suadebat: ferrumqꝫ graui versare tumultu:
Ocia lucanis dum Maximianus in hortis
Duceret. ⁊ in regem dum res romana reuerti
Cogitat extinctis regni consortibus vnum:
Tunc hecates motus furiis Maxentius artes
Uertitur ad magicas: veterumqꝫ ad sacra deorum
Instaurat delubra nouus scrutatur aruspex
Exta: scelus tentat: quo non crudelius vllum
Legimus a primo nascentis origine mundi
Uiuentum grauidas matrum secat ensibus aluos
Immatura trahens stygiis quę destinet aris
Pignora. funestos docuit proserpina ritus
Inuida crescentis fidei successibus omnem
Heresibus sanctam legem tritonia pallas
Implicat: ⁊ veris fucat mendacia dictis
Mixta choris iuuenum venus illecebrosa repugnat
Uirginibus sacris: moresqꝫ irridet honestos
It veneri Bromius comes: ⁊ Silenus: ⁊ ipse
Castra mimallonię vino redolentia bacchę
Atqꝫ dioncos furtim per tecta liquores
Iam sine pampineis thyrsis ⁊ lyncibus euan
Mittit: ⁊ occultos accendit in edibus ignes
Inuoluebat opum studiis saturnia Iuno
Corda virum gemmis. fuluiqꝫ numismatis aura
Merce peregrina: tunicis ardentibus ostro
Sollicitans animos hominum Priuatus olympo

Carmina de beata Catharina.

Phoebus & ignifero curru: pice nigrior atra
Versus in ethiopem: fidibus spoliatus & arcu:
Daphnea sine fronde miser per moenia noctu
Ibat: & ablatum virus python e perempto
Quod magnus seruabat onyx spargebat in ipsos
Nobilium thalamos: quo corda imbuta malignis
Artibus armabant animos: hinc orta libido
Imperij: & curis rabies accensa superbis
Regnandi: cupido & facile in scelus omne trahebat
Talibus addictos operis Cyllenius vrget
Ad moesti iouis ire domos menphitica regna
Est locus egypti bifido qua flumine Nilus
Delta facit: Nilus cuius coelestis origo
Regna per ethiopum fugiens orientis ab hortis
Ingreditur pharios septena per hostia fluctus
Non procul est Styx atra palus: vbi condidit Io
Inachis inuentum fratrem Typhonis Osirim
Edita non procul est in collibus ora supinis
Pyramidum regio. quarum preciosior orta
Dicitur a Rhodope. cuius prestantia forme
Tot congessit opes vt nobilitate sepulchri
Vicerit & reges ipsos. Hic Juppiter olim
Clarus & ignipotens: posito modo fulmine pauper
Squallidus & torua demissus lumina fronte
Demonas aduectos angusto suscipit antro
Atq; sub excisa scabri testudine saxi
Consedere solo: Tunc sic est iuppiter orsus
Numina que toto terre regnastis in orbe
Non satis est nostro quod nos galileus honore
Exuit in tantas ausus prorumpere fraudes

Non satis est: pueris etiam contemnimur omnes
Nos sinpune premunt: in nos conuicia iactant
Caupones: mimiq; leues: scurreq; loquaces.
Falsidicosq; vocant. Ergo hec indigna feremus
Nec totiens lesi semel vlciscemur: inertes
Sic sumus vt viuos nos non intelligat hostis:
Nos perijsse putant: defunctaq; numina vita
Vulgus ait Tempus veniet cum turbine tanto
Christigenas asie regnis libyeq; fugatos
Inuoluam. properate dies. velociter anni
Currite. Ferte cito: Machametia tempora cursu
Interea mentes alijs solabimur egras
Supplicijs. Vna nostras in virgine vires
Experiamur. erit nostri reuerentia forsan
Maior ab exemplo tali Catharina superbo
Nostra supercilio damnant simulchra: deosq;
Impia subsannat: vultuq; elata superbo
Non venerem non Iunonem non Pallada non me
Tanta est impietas minimo dignatur honore.
Iupiter hec. magno socij fremuere tumultu.
Exiliunt ire. furiarum incendia surgunt.
Et furor ignitis oculis & fronte minaci
Excandescit: vti rapidis cum ferrea flammis
Lamina cyclopum excoquitur flagrante camino
Iupiter vt vidit grauibus commota querelis
Numina sic iterum sumptis sermonibus inquit
O Soboles iucunda mihi plutonia coniunx
Persephone quando miseri te cura parentis
Sollicitat cita tartareas descende sub vmbras
Plutonemq; roges vnam mibi mittat herinnem

Carmina de beata Catharina

Tisiphonem: aut Alecto: diramue Megeram
Ipete nata virum: grauibusque obnitere verbis:
Scis quibus ille modis possit quo ve ordine flecti
Sic pater. hec responsa dedit proserpina patri
O pater. heu frustra furias in tale vocamus
Obsequium: poscit furias sibi Tartarus omnes
Nec satis officio faciunt. vix prima Neronem
Vix decium fratremque Titi execrabile sancta
De radice genus colubris et verbere duro
Corripit. indomite pugnant cum manibus vmbre.
Vociferant altum lateque incendia iactant
Tantus in igne dolor: tanta impatientia flamme
Namque ea gentiles animas in tartara iactans
Non sinit alterna requie mitescere poenam
Et modo romanis thalamos stratumque duobus
Regibus imperii qui deposuere labores
In mediis Cocyti vndis componit: et altum
Figit humi puteos: quantum marpesia cautes
Ingenti vix mole nouem descenderet annis
Altera iudeos recutitque improba gentis
Semina: que postque letali vulnere Christum
Abstulit antiqua nequicie lege superbit
Curat: et ardentes mergit phlegethontis in vndas.
Sepius Herodes geminos natumque patremque
Cedit: et insertat candens in guttura ferrum:
Tercia Christigenas odiis infensa cruentis
In vada prerupte celso de vertice rupis
Precipites acherontis agit: versosque per amnem
Luctificum trahit hammato per saxa tridenti
Et iacet in flammas: que deficientia nunque

Sulfura depascunt. fumoq; inuoluit τ igne
Sed quid opus pater hic furijs? ego iussa capessam
Fare. patris non est fas dissimulare dolorem
Vade ait ardentes quando Maxentius aras
Consulit imperij cupidus sub nocte silenti
Hęc responsa dato: Nilum pete. sacra deorum
Restitue: τ tanta tibi pro pietate coronam
Accipe: τ insignem fulgenti murice clauum
Sic ait: τ natę pater inclinatus ad ora
Permulcensq; caput dextra dedit oscula fronti
Persephone mandata facit: coruiq; figuram
Induit: τ tranans auras pernicibus alis
Preterit hammonis templum admirabile quondam
Dum iouis imperium maiestatemq; colebant
Terrigenę. a libycis quod nomina traxit harenis
Jamq; tenet syrtes: facit hic breuis vnda vadosum
Aequor: τ est ratibus magnis impervia Tethys
Transuolat inarimen ęterno ardore coruscam
Quę premit ingentem saxosa mole Typhoeum
Jam tenet italię littus: lauiniaq; arua
Intrat ad vrbanos strepitus: celsaq; resedit
Tarpei super arce iouis. populumq; patresq;
Et tria despiciens fora post delubra tonantis
Solis ad exortum Romę decora alta superbę
O caput o florens terreni gloria mundi
Dixit vt excelso tetigisti vertice coelum
Indigetes oblita tuos geniosq; laresq;
Atq; Jouem τ natos demens ad inania Christi
Tam cito degeneras documenta fidemq; nefandam
Sic ait: τ Petrum quater execrata columnam

Carmina de beata Catharina.

Traiani que iuncta foro supereminet vrbi
Inuolat. et coruus iam desinit esse: breuemque
Se trahit in nebulam: et Maxentia tecta subintrat.
Nox erat: et phoebe gelidis argentea bigis
Collis auentini summo de vertice tollens.
Cornua lustrabat radiis pallentibus vrbem
Impius ad magicas rediit Maxentius artes
Combustique affert cineres infantis ad aram
Consulit exta: vocat manes et numina lethes
Nacta vias faciles et idonea tempora fraudi
Persephone commenta sagax insibilat aura
Partenui: fibrasque mouens foelicia signa
Fingit: et inuoluit regis caput igne corusco
Subridens: alacri saliunt precordia plausu
Principis: et totam trahit inter gaudia noctem.
Iam parat ire viam pelago: iam concipit omnem
Trinacriam. creteque domos cypriumque Rhodumque
Qua zephyris impulsus eat. qua classe latina
Vectus alexandri monstratam annauiget vrbem:
Egregios primum comites de pube quiritum
Deligit: et fulget tyriis aurata iuuentus
Vestibus: quis rutilant segmenta lapillis
Et vagina sinu gladios hiacynthina pulchro
Claudit: et argentum capulis effulget eburnis
Septima consurgens roseis aurora capillis
Oceani pulchrum caput extollebat ab vndis
Cum iam compositis ratibus ventoque secundo
Littore ab ausonio soluens pelusia tendit
Hostia et illustres pompeia funere campos.
Persephone volat ante: fretum spumantibus vndis

Liberat ꝛ placido facilem fac equore cursum
Non scythicus boreas illis non apricus Auster
Non oriens Eurus potuit spirare diebus.
Vix sua sub leni crispabat tergora pontus
Applaudens zephyro: ꝛ sceleri se accommodat equor
Optimus interea mentis deus auctor honeste
Atq; pudicicie custos ne regia virgo
Circumuenta dolis subito labatur ab alto
Premonet: ꝛ celeri tradidit mandata ministro
Ille per immensos coeli glacialis ab ortu
Labitur anfractus: penetransq; per aurea tauri
Cornua pleiadum flammans restringit: ꝛ ipsos
Preterit Errones septem triuieq; sub orbe
Accipit exiles raris ex ignibus artus
Regia progenies cultu redimita pudico
Inter sacraticos ꝛ quos academia quondam
Stoaq; cecropijs libros de fontibus hausit
Clausa latet modico picte testudinis antro.
Atq; voluminibus legum stipata duarum
Abstrusos animos sensus voluebat: ꝛ acris
Ingenij vegetas acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet. mysteria miris
Inuelata modis visu penetrabat acuto
Quicquid ad ornatum fidei exemplaria sancte
Greca ferunt animo vigili condebat: ꝛ omnem
Assidui frugem studij quasi fertilis agri
Primitias quasi collectum de sordibus aurum
Et quasi fulgentes gangis de puluere gemmas
Rasaq; panchei duro de cortice thura
Roboris. ꝛ pinguem torto de caudice myrrham

Carmina de beata Catharina.

Ad Christi delubra ferens Cape summe deorum
Munera dicebat: primę cape dona iuuentę
Quę tibi per steriles apis hęc tua colligit agros
Primus Abel pingui coluit tua numina sacro
Melchisedech panum calathos & cymbia bacchi
Obtulit: Habraamus dulcem sua gaudia natum
At nos syncere tibi virginitatis honores
Collectosque pia de sedulitate legendi
Offerimus flores: nostra hęc tibi munera sunto
Regia dum tales voluit sub pectore curas
Et fugiens animo terras: coelestia virgo
Cogitat ecce nouę lucis micat igneus ardor
Atque repercusso paries splendore coruscat
Auratę micuere trabes: micuere columnę:
Et subitis visum flammis ardere lacunar
Nuncius emissoni tidis e nubibus ore
Regia progenies dixit. quia concipis alto
Corde deum concessa tibi consortia diuum
Pone metum: secura meas intellige voces
Ille ego qui marię sanctas orator ad aures
Ante fui: tibi de summo modo mittor olympo
Nam tibi post illam primi debentur honores
Inter virgineas acies albentia castra
Scis veteres odio lucis studioque malignę
Mentis & imperij vanęque libidine laudis
Dissentire deos christo: & molimine magno
In mores certare bonos: nec posse nitorem
Ferre pudicitię. Clymenes corruptor apollo
Pressit aristei matrem. nymphamque Dionem
Juppiter europam. Danaen. Asopida. Lędam

Atq̃ Lycaonidem. Maiam Bacchiq̃ parentem
Falcifer oceani natam. Minoida Bacchus
Persephonem Pluto rapuit. simoentis ad amnem
Congreditur Venus Anchise. thetidosq̃ cubile
Pelleus incestat. rector neptunus aquarum
Phorcida. Dedalidem fraudis furumq̃ magister
Mercurius Venerem Mauors. et Pallada frater
Polluit Endimyon vultu. Pan vellere lunam
Iasius Cererem. Nulla est sine labe deorum
Progenies: nisi forte suum que plangit Osirim
Inachis arguto pellex iunonia sistro.
Et tibi virginitas istis odiosa parauit
Insidias. Nec te longinqua a Thibridis vrbe
Et coniurata descendunt prelia Memphi
Nulla sub indigno virtus est principe tuta.
Nulla sub incesto castis est gloria rege
Nam vicijs probitas semper contraria pacem
Nescit. et hostiles dextra leuaq̃ cateruas
Sustinet. illatosq̃ parat se semper ad ictus.
In virtute labor. sed in ipso certa labore
Dona fit ex operis merces. eterna resurgit
De sudore quies. et de moerore voluptas.
Non habet ex omni numero plebisq̃ patrumq̃
Victricem nisi qui potuit certare coronam.
Et multis certare datum: sed vincere paucis
Atq̃ coronari et celebres vectare triumphos
Quare age surgentes audaci naue procellas
Rumpe. per aduersos aperi tua carbasa fluctus
Nec flantes horresce notos nec murmura ponti
Irato te crede mari proramq̃ patentes

Carmina de beata Catharina.

Diuinos ad templa deum. dum talia fatur
Preuolat ad portum remis ventoqꝫ secundo
Cymba leuis: volucrem cursu quę vinceret curum:
Summaqꝫ vix recto fugiens mouet ęquora lapsu
Fama per ęgyptum pretentaqꝫ littora ponto
Nunciat aduenisse rates ex vrbe latina
Aduectumqꝫ freto romani regis alumnum
Cuncta magistratus lucem posuere per illam
Publica: pellei priuata negocia ciues
Festa dies agitur: nitidis vrbana iuuentus
Vestibus: ⁊ multo testantur gaudia cultu.
Turba coit: pictis oneratur puppibus ęquor.
Murice vela rubent: radiant amplustria cocco
Ducitur elato gradiens Maxentius ore
Splendidus ⁊ gemmis ⁊ multo lucidus auro
Ausonij libyciqꝫ simul glomerantur vtrinqꝫ
Sistra sonant. altis lucent in turribus ignes.
Moenia fronde virent: ⁊ odoro gramine portę
Altera lux ortum Casij de vertice summo
Extulerat solem: cum rex iam squallida multo
Templa situ iubet ornari: veteresqꝫ per aras
Purpureos spargi flores: ⁊ rite parari
Danda Ecatumbęo quę sunt animalia sacro
Christigenę soliti crudis prędą esse tyrannis
Contremuere metu: ⁊ multi petiere Syenem
Thebęosqꝫ lares: ⁊ Cyrenaica regna
Aethiopumqꝫ domos ⁊ littora gentis Erembę
Sicut vbi mites aquilam videre columbę
Nare per aereos tractus: nec pinguia rura
Nec placidę retinent epulę. timor omnia vincit

Pars latet vmbroso saltu: pars alta volatu
Tecta petit, pars montanis caua saxa latebris
Et pennis percussa sonat pernicibus aura
Tunc est coepta coli regio deserta: solumq;
Solibus exustum assiduis: & rura venenis
Inclyta: & arentes terrę sitientis harenę:
Soliuagus vastam petiit tum paulus eremum
Hispidus & fuluę tectus velamine palmę
Cuius ad ignotas veniens Antonius edes
Incidit in satyros, mox flebile corpus amici
Condidit: & siccis vitam traduxit in aruis
Inter harenicolas colubros & sęua leonum
Semina: graminibus vescens & fluminis vnda.
Templa coronantur sertis. & fumibus actis
Barbara suspendunt aulęa sub apside curua
Pinguia mittuntur docti per rura ministri
Quę vicina bibunt piscosi flumina Nili
Atq; papyriferę dulcem Tritonidis vndam:
Et qua se viridi Mareotis harundine cingit
Adducant delecta boum qui corpora centum
Interea cultros paterasq; & thura sacerdos
Expedit & sacras longo locat ordine vestes:
Anteq̄ neglectus meliori pascitur Apis
Gramine: & extento iacet ad pręsepia ventre
Iamq; dies solemnis adest. mugitibus aurę
Per fora perq; vias vrbis per compita clamant:
Aera crepant: clangore tubę complentur acuto.
Consequitur vulgi strepitus turbęq; frequentis
Murmur: & inflato resonat caua tibia buxo.
Clarus ad illustres graditur Maxentius aras

Carmina de beata Catharina

Et circum pellea micat romanaq; pubes:
Angelicas alto voces sub corde volutans
Costis: adesse videt sperate tempora pugne:
Et q̄q̄ immota maneat sententia mente
Atq; adamanteis vinclis frenata libido
Inuita ratione scelus non audeat vllum
Ora tamen meditans duri furibunda tyranni:
Atq; graues poenas horret ceu saxea moles
Pulso freto: et circum salientibus equoris vndis
Vapulat: atq; tremit: sed non vestigia mutat
Dumq; animus tanto curarum impellitur estu
Non procul ecce due vultu incessuq; verendo
Foeminee species adsunt: quarum vna Cybelli
Persimilis turrita caput stellataq; frontem
Igneus ore color possit quē pāna referre.
Per fora peruolitant nebule: gyroq; volucres
Aereo ludunt et versicoloribus alis
Aequora venter habet: pictisq; per equora puppes
Squamniferiq; gregis flexis per caerula caudis
Arrectisq; natant pinnis: ludoq; fugaci
Per scopulos et saxa volant viridemq; per algam:
Inferius campi herbosi: curuataq; ripis
Flumina et excelsi nemorosa cacumina montes
Vertice inequali: pecudes humanaq; tecta.
Atq; per incultos saltus atq; inuia rura
Auriti lepores et flexis cornibus errant
Dorcades: et timidi dame ramosaq; cerui
Cornua tollentes vacuis spaciantur in agris.
Hec rerum natura parens: que virginis ora
Dulcibus amplectens vlnis. Quid mergeris inquit

Filia tot curis et sollicitudine tanta:
Contemplare meum decus et mea maxima regna
Sanctaque de nostris opibus velut ante solebas
Expulsis animo curis solatia carpe
Terra fretum: nubes: flamme versatile coelum
Cuncta meis subsunt regnis: ego cuncta guberno
Elige de tantis aliquid quod mulceat egram
Quid tuus hic moeror sibi vult, quid dulcia miris
Pallent ora modis et quo tua forma recessit
Pone deum curas. diui sua sidera seruent
Ambrosia viuant: et delectentur olympo
Terra subest homini: terrena negocia tracta
Nec fines frustra humanos excedere tenta
Tu ne potes volucrum per iter trannare: sub vndis
Degere: et obscuris inter delphines in antris.
Sirenes vbi sunt et inerita corpora phoce
Et tibi per spellea maris per lustra ferarum
Sic quoque per coelos inter consortia diuum
Legibus eternis vita hospitiumque negatur
Nec fas est homini coelum sperare. deorum
Regna cupis: sedemque tibi promittis olympi
Cum neque brutorum latebris assuescere possis
Omnia limitibus certis ego sola direm
Quos transire nefas. ea vota superflua pone:
Sit tibi cura decor: tua sit tibi cura venustas
Ingenio condita meo dum fingere tento
Calliopes oculos: et virginis ora Meduse
Utere delicijs: et ne contemne iuuentam
Nec te finge deam. sed te mortalibus equa
Sic natura parens tristem solata puellam

Carmina de beata Catharina.

Altera quę talis paulum contata loquelas
Hauserat ⁊ vafro gressum suspenderat astu
Affuit: Aurati crines: frons lactea: fulgent
Lucifero similes oculi: rubicunda colorat
Lactentes aurora genas: per eburnea colla
Cęsaries emissa fluit: toga cętera vestit
Aurea quę tracto verrebat syrmate campum
Coelestis nitet ore decor. spargunt odores
Ambrosii crediqꝫ nequit mortalis in illa
Spiritus. aut numen vel non sine numinę imago.
Tertius inauratę chlamydi descensus ab astris
Prolis olympiacę: stygios ingressus ad omnes.
Ignea linguarum species: qua spiritus ingens
Intonuit super ora virum: montisqꝫ relicto
Vertice sideream christus remeabat in arcem
Victor: ⁊ euulsę coeco plutonis ab antro
Patrum animę niveis indutę nubibus ibant.
Aera per liquidum. terram predatus ⁊ Orchum
Rex superum tali repetebat regna triumpho.
Gratia nomen habet. cuius prestantia formę
Naturę exemplo visa obscurare decorem
Non aliter quam sol maiori sidera luce
Umbrat: ⁊ exoriens alios exterminat ignes
Hec igitur sic orsa loqui Quid virginis altum
Deiicis in terras animum natura superbo
Coeca supercilio: rerum te insana parentem
Dicis: ⁊ ignoras a qua tua venit origo
Nec nosti genus ipsa tuum: tua signa sequuta
Nicomachi proles stellis erymanthidos ursę
Navigat ammissis: ⁊ naufraga sępius arctas

Flante procelloso borea symplegadas intrat
Namq3 aliud vitę genus immortalis olympo
Noluit esse homini. sed nec te credidit ortam
Nec me vidit inops lucis: mutabile corpus
Contemplata deum sicco pertransijt ore
Auspicijs hanc vsq3 tuis peruenit ad oram
Hic sua sopito detraxit carbasa vento
Dic vbi si nosti comites: primęuaq3 christi
Castra: triumphalesq3 viri: qui sanguine claras
Emisere animas: ⁊ qui vicere tyrannos
Subiecere deo populos: tibi sola reliqui
Corpora ⁊ immundos cineres ⁊ tabida membra.
Ipsa coronatas coelesti lumine mentes
In sublime tuli. Quare iam desine nugis
Talibus illustres animos inuoluere cęca
Nube tuę noctis. versis ita fata recessit
Passibus: at plutei lato natura sub orbe
Virginis in thalamo fertur liquisse pauorum.
Cuius vt agnouit fraudes abscondit amorem
Gratia discedens eius qui frangeret omne
Virus. et auxilia coeptis ingentibus esset
Protulit ora pauor gelidę sub imagine mortis
Pallidus et curuo contractus pectora dorso:
Coecus. et elinguis. trepidus. vix ossibus hęrens.
Dentibus exertis trunca deformia nare
Ora gerens: et crure labans: et frigore torpens
Cuius et horrificam effigiem stygiumq3 colorem
Et testudineos virgo perterrita gressus
Vidit ab aspectu monstri conuersa recondit
Lumina: et admoto texit velamine frontem

¶ Carmina de beata Catharina

Tum validis ardens animis alacrique iuuenta
Strenuus et grato pretendens ore pudorem
Virgineumque pictasque ferens in pectore flammas
In medium prorupit amor: cornuumque repertam
Corripit: et monstri repetito verbere terga
Pulsa: et iniectis agit extra limina plantis
Vociferansque et fuste petens caput ora manusque
Non secus ac ferunt (si vera est fabula) quondam
Infernum domuisse canem Tirinthius heros
Calcitrat et manibus tensis auertere cornum
Nititur et faciem monstrum defendere ab ictu
Acrius instat amor: tetroque in puluere versum
Execrat indignans: limoque infigit aquoso
Membraque coenoso sepelit moribunda sepulchro

¶ Secundus Parthenices Liber secundus

Laetior et pulsa victrix formidine virgo
Ocyus ad templum famulis parat ire vocatis
Nec mora. festinant omnes et sedula nutrix
Iam longeua ligat crines et virginis ora
Pallida nocturne fumoque afflata lucerne
Materna pietate lauat: celeresque ministre
Sepositas vestes adhibent: tyriumque ruborem
Induit. argento limbus circumdatur albo
Et caput aurato nitidum vestitur amictu
Iam delubra subit. lucent ardoribus are
Mugitu caua tecta sonant. strepit vndique murmur
Plebis et astantum. Solio Maxentius alto
Gestit: et elato turbam circumspicit ore
Regia progenies medium progressa per agmen
Mox oculos in se populi conuertit: euntem

Mirantur ceduntqꝫ via: pellea iuuentus
Nomina romanis eius patriamqꝫ domumqꝫ
Auribus admoti narrant tenuiqꝫ susurro.
Illa mouens gestu pectus faciemqꝫ venusto
Scandit: ⁊ intrepido premit alta sedilia gressu.
Et vicina trucem sic est affata tyrannum
Me tibi Maxenti solitam preferre salutem
Admonuit regalis apex: summusqꝫ paterne
Maiestatis honor: pietas violata repugnat.
Nam colis hec simulchra deo peritura relicto
Qui tibi solus opes tantas romanaqꝫ patri
Regna dedit: fecitqꝫ maris terreqꝫ potentem
Nec fuit istius tanti tibi muneris auctor
Jupiter/egiochus creteo pastus in antro
Mortalis quondam vite modo lumine functus:
Sed neqꝫ post petri vocem documentaqꝫ pauli
Roma deum nescire potest. sciuere philippi
Et pater ⁊ natus: quos funere sustulit antro
Illa hominum suprema lues grauiore ruina:
Raptus ad interitum Decius. millesimus vrbis
Annus erat Tum Roma suos solenniter: ortus
Egit: ⁊ accepto celebrauit festa tonanti
Tunc fuit imperij Christo sacrata potestas
Et tandem sub iura dei translata: piamqꝫ
Tunc primum sortita fidem: tunc pulsa deorum
Vana superstitio romani a limine regis
Non satis est quod mille Joui seruiuerit annos
Et phlegethonteis sese subiecerit vmbris
Gens longo romana iugo. tuleritqꝫ superbum
Imperium stygie gentis noctisqꝫ profunde

Carmina de beata Catharina.

Nubila. Nunc iterum iuuat ad damnata reuerti
Sacra deum. parere putant prestantius Orcho
Quam superis. diuina pudent mandata vereri
Delectant inferna magis: nunc tartara gaudent:
Nunc furię exultant: posita nunc Cerberus ira
Motibus alludit caudę. nunc pectore toto
Dulcia ceruleus carpit solatia Pluto
At superum corda ęgra gemant: humanaqꝫ damna
Pallida mutato deplorant numina vultu.
Conqueritur mater natum sparsisse cruorem
Innocuum frustra. passum tot vulnera frustra.
Desine Maxenti superos offendere tanta
Impietate: Scelus Rex o romane quod audes
Supplicijs dignum ęternis. Ixionis orbem
Tantaleamqꝫ sitim: Ticij tormenta: labores
Sisyphios: ipsi quibus hęc noua sacra litantur
Jam tibi decernunt stygij tua numina manes.
Finge tamen non esse scelus dementia saltem
Bistonio ridenda seni. Cur cęde cruentas
Cur tantis delubra boum mugitibus imples:
Tu ne deum tali credis placare tumultu
Tu ne Jouem fortasse putas reuocare sepulchro
Cantibus his: Quę te coepit vecordia nate
Cęsaris vt fieri credas boue numina cęso
Mitia: te miserum falsis oracula ludunt
Carminibus. non hac emitur romana potestas
Relligione: pium Christi clementia regem
Hęc ad sceptra vocat: mundas qui sancta per aras
Dona ferat. qui relliquias iguis atqꝫ deorum
Conterat: ⁊ pulsis noua suscitet orgia bobus

Quid templi molem hanc magnam miraris & arcus
A tellure procul tanto se attollere flexu
Hec omnium fecere manus. magis aspice mundum
Hoc opus immortale dei: Tua numina gaudent
Vobis: at immensi verus dominator olympi
Justicia pietate fide. quas Juppiter odit.
Dona deum magis ista iuvant, sine cede litandum est.
Sic ait: ille magis vultumque & verba loquentis
Admiratus agi iubet ad regalia tecta
Servarique locis intra penetralia clausis.
Mente scelus duplex agitans temerare pudorem
Et violare fidem. pacis iam foedere fracto
Belli fervor adest: dant pugne classica signum.
Persephone regem stimulis irritat: & acres
Cum venere accendit circum precordia flammas
Uritur impatiens cocci Maxentius ignis
Mens fugit a sacris: & amata ab imagine raptus
Figit humi frontem & curis immergitur altis
Absentemque animo videt alloquiturque puellam
Et furit: ut quotiens letali saucia telo
Cerva per ideos querit medicamina saltus
Dictamique comam viridem: que vulnere ferrum
Mansa fuget: diramque avertat corpore pestem
Cincta satellitibus tali nil territa casu
Ducitur: & domine sequitur vestigia nutrix
Perque vias urbis perque omnia compita clamans
Reddite: quo mitem dominam crudelibus armis
Protrahitis: nutrix ego sum. cunabula prima
Ipsa gubernavi. nostris adoleuit in ulnis
Ubera prima dedi. dulcem mihi reddite natam

Carmina de beata Catharina

Quam mihi vix bimam mater iam proxima morti
Tradidit et lachrymans erit hec tibi filia dixit.
Reddidit nutrici dominam: vel pignora matri
Verte tuos in me vultus o nata: tuamque
Altricem conuersa vide. nihil esse solebat
Me sine dulce tibi: nostros oblita labores
Non audis lamenta parum nec lumina flectis:
Lumina que tantum Costus que mater amabat
Lumina sancta domus solatia magna relicte
Tu ne putas sine te caput hoc et amilia membra
Posse diu superesse: simul moriamur vt vna
Viximus. et tumulo pariter condamur eodem
Flebat vt inuadi cernens a vulture nidos
Lactentes imbellis olor. predator aduncis
Unguibus et duro discerpit viscera rostro.
Flet pater: et viridi queritur proiectus in vlua.
Iamque propinquabat tectis. cum regia virgo
Lumine clementer verso charissima nutrix
Dixit abi: solare domum. sociasque saluta
Non ego sum limen post hac visura paternum.
Euocor ad superos. vos et terrena valete
Hospicia. obsequiis inopum dodrante relicto
Partibus equatis mihi vos succedere mando.
Sic abiens fatur luctu domus omnis acerbo
Soluitur: et moesto pallet vicinia corde
Luget inexhausto lachrymarum flumine nutrix
Anxia et immotis manet ipso in limine plantis
Crudelemque vocat regem et crudelia tecta.
Diripiunt aulea nurus: tristesque ministri
Ferrea conuoluunt bifores ad limina valuas:

Desertę signa atra domus. suspiria totis
Aedibus alta sonant: ęger tenet omnia moeror
Interea sancto metuens Catharina pudori
Atq3 sciens quali regum impetuosa libido
Ferueat affectu tali prece numina pulsat.
Sancte pater sancti genitor castissime nati
Cernis vt ab rupto lupus insidiator ouili
Hanc extorsit ouem coecoq3 incluserit antro
Iamq3 aderit: iamq3 inuadet ioue plenus: & omne
Attentare nefas adiget venus atq3 cupido
Nil superest opis humanę: via clausa saluti
Vndiq3 terrenę. tua sola potentia nullis
Clauditur obiicibus. nostro succurre dolori
Atq3 pudicicię vento rege vela secundo
Audijt orantem coeli regina puellam
Et se qualis erat primi post tempora partus
Obtulit: infantem niueis complexa lacertis
Tecta sinum bisso gradiens in vestibus albis
Et croceum capiti serum de vellere tegmen
Quod viridi premitur strophio. cum virgine fatur
Plena venustatis procera iuuencula virgo
Stant vtrinq3 leues animę: quas Iride vestit
Multicolor nubes: pingitq3 simillima nostris
Quibus ora: pares decor imbuit aureus alas
Et sic orsa loqui. tua me suspiria virgo
Deduxere polo: ne sollicitere. pudoris
Sum tutela tui. Sed quo secura quiescas
Tolle manum. sibi perpetuo te copulat infans
Connubio christus: nurus es mea. pone timorem
Sic ait: & fuluo digitum puer induit auro

Carmina de beata Catharina.

Quod moriens seruabat adhuc: quod clausa sepulchro
Immortale tenet diuini pignus amoris.
Hic neqꝫ Gnosiacę sequimur figmenta coronę
Ulla nec in nostro tegimus mendacia versu
Uera sed amplectens rei miracula gestę
Historiamqꝫ canens fidei monumenta reuoluo
Et iam turba deum sacris dimissa peractis
Cum celer ausonia pelago delatus ab vrbe
Nuncius enarrat regi diademate patrem
Deposito regni sceptrum cessisse Galero.
Lucanosqꝫ lares taciticqꝫ silentia ruris
Et nemorum suaues vmbras: vbi mobilis aura
Temperat ardentem placidis afflatibus ęstum:
Preposuisse graui imperio: ⁊ splendoribus vrbis
Aruaqꝫ ⁊ alcinoi tutam legisse quietem
Atqꝫ per irriguos fontes ⁊ florida prata
Murice neglecto tristem oblectare senectam
Leticiam subitus dolor occupat. ora tyranni
Plumbeus inuoluit color. ⁊ patuere latentis
Ingentes animi fluctus sęuiqꝫ dolores
His curis extructa venus: furor auctus ⁊ ira
Acribile tumet: nutritqꝫ in pectore virus
Persimilis pullo qui dum inconsueta recusat
Frena pati: rodit morsu indignante lupatum
Post ępulas largo paulum exhilaratus hiaccho
Captiuam iubet adduci: spectacula mensis
Rex petulans lasciua volens prębere secundis
Illa solo fixis oculis vestigia lento
Tarda mouens gressu prono regi annuit ore
Cuius vt effigiem claram videre decusqꝫ

In dolis egregie tenuere silentia cuncti
Et triuiam vidisse putant aut ora mineruę.
Ad quam rex solio paucis ita fatur ab alto
Mane deum nostras tenuerunt orgia mentes:
Nec potuere tuis adhiberi vocibus aures
Dic age nunc quando positis conuiuia curis
Lęta voluptates animorum ⁊ gaudia poscunt
Aede genus patriamq; tuam nomenq; paternum
Illa manum crucis instar agens sic incipit ore
Non ego iactandi studio primordia gentis
Clara meę referam titulosq; ⁊ nomina: quando
Rex romanę iubes: genus est illustre meorum:
Maiores etenim sceptrum gessere: meaq;
Sunt reges in stirpe decem: Lagus omnibus auctor
Primus alexandri miles qui condidit vrbem
Et quę regna vides: ⁊ Alexandrea vocauit
Moenia: post celebres pugnas asięq; labores
Huc venit cum rege Lagus: ptolomeus ab illo
Nascitur a vili proles generosa parente
Sicut ab exigua descendit origine flumen
Maius. hic ęgypti lybies arabumq; potitus
Imperio quondam. mansitq; in stirpe nepotum
Ducentos quadraginta super nisi fallimur annos
Ast vbi romanam superis extollere gentem
Et libycas visum bellis ardentibus vrbes
Uertere mutati reges. Tum regia proles
Interijt. tunc arua meus vicina tenebat
Aethiopum campis atauus prefectus Erembis
Dux animis armisq; potens: regiq; propinquus
Sanguine supremi vigilans custodia regni

Carmina de beata Catharina.

Qui postq̄ sero audiuit sublata suorum
Sceptra dolens longe ethiopum secessit ad vrbes
Et persepe pater regine Candacis: illo
Contriuit ductore vagos garamantes & acres
Massilum populos: arabumq; per equora classem
Duxit: & Indorum spoliis remeauit honustus.
Quartus ab hoc Costus genitor mihi doctus & ipse
Militiam: verum patrie telluris amore
Ductus ad antiquos rediit cum prole penates
Argentiq; tulit secum graue pondus & auri
Tandem huc aduectus tectum mercatur & agros
At q; clientelis clarus famaq; parentum
Primus in vrbe fuit. romanaq; castra sequutus
Semper in ausoniis senuit fortissimus armis
Hinc genus ipse traho patri nata vnica Costo
Et generis tanti soboles ego solo supersum.
Multa dies alios longeuaq; sustulit etas:
Hac est orta patrum soboles hac desinet vrbe.
Sic genus & patriam nosti nomenq; paternum.
At postq; vita functi cecidere parentes
Ne lasciua meam macularet inertia mentem
Ad studium duplex curas & pectora verti
Fonte salutares christi suscepimus vndas
Et mea lustrali deus abstulit ora lauacro
Ipse vir ipse pater castum sacrauimus illi
Corpus: & elabens annis velocibus euum:
Hec mihi prima salus. teneris me Costus ab annis
Tradidit eloquii studiis & misit ad vrbes
Cecropias. vidi thebas dirceaq; rura
Attica regna solum pelopis lacedemona claram

Legibus: ⁊ quondam bellis ac marte potentem
Atq; Therapneos saltus heleneq; penates
Minoisq; domos: preruptaq; saxa corinthi
Et Rhodon illustrem phoebo statuaq; superbam
Marmorea: ⁊ lyndi sacris atq; herculis ara
Vidimus ⁊ delphos dodoneasq; columbas:
Cortinam tripodas phoebi pythoniaq; arma
Cycladas ⁊ traces troianaq; vidimus arua
Atq; omnem licij grata rate legimus oram
Littoris: ausonijs mox preceptoribus vsa
Facta tuę gentis didici: totumq; latinis
Viribus ⁊ belllis attritum ingentibus orbem.
Regna Britannorum Germanorumq; superbam
Progeniem. scythicas alpes hircanaq; longe
Littora: ⁊ Euphraten. nabathbeaq; rura: Syenem
Et lybicas arces: ⁊ qua iuga porrigit Atlas
Maximus inuasit romanę gloria gentis
Cęsareos proceres ⁊ quarti secula regni
Atq; tot illatam crudeli vulnere mortem
Principibus legi mores ⁊ furta deorum:
Et tandem mihi tesse dies mutabilis cui
Demones esse deos ⁊ totum ambagibus orbem
Constat in errores ductum: nullamq; saluti
Esse viam nisi per christi documenta fidemq;:
Sic arabum libri sic vult iudęa vetustas
Sic quibus ⁊ vestri credunt cecinere sybillę:
Quo magis admiror vos qui terręq; marisq;
Regna gubernatis: quorum mutabile vulgus
Ducitur exemplo tam claro errore teneri
Et tanta simulchra deum anbitione tueri

¶ Carmina de beata Catharina.

Et statuas horum diuino extollere cultu
Quorum vita fuit scelerum sentina. Quod Io
Nostra: quod ichneumon: & quod latrator Anubis
Accipiter felles Bos oxyrrhynchus & ibis
Numen habet: taceo martem phoebumque iouemque
Quorum tanta canunt vestri miracula vates.
Hi stygios ideo metuunt iurare per amnes
Quod stygijs mersi stagnis altaque palude
Dant scelerum atroces iusto sub iudice poenas
Veridicum vero christum sine crimine cuius
Vita fuit nigro manes qui traxit ab orcho
Qui coecas hominum mentes & lucis egena
Lumina restituit: siccisque liquentia plantis
Aequora calcauit: fugitis. reuocare memento
Rex romane pedem iusti trans limina lapsum
Talibus orantem verbis mirata sedentum
Lecta cohors ciues pharij proceresque latini
Inspectusque magis sexus dicentis & etas
Illa etenim tersena fuit supremaque bruma
Rex tamen implicitus diuorum ambagibus egre
Dicta tulit: mandat vinclis & carcere claudi
Affligique cibo tenui. vix fluminis vnda
Vix simplex concessa ceres. inclusa tenebris
Orat: & in magna versatur luce per vmbras
Sedula persephone mendaces imagine sumpta
Pincerne Ichthyboli cui vox obscura procaxque
Ingenium. tumide fauces: turgentia labra:
Diffuseque aures & nasi plurima moles:
Signa viri excordis inullaque furentis habena:
Pes breuis: & grandes proceri corporis artus

Angustumq; caput: frons multo obscura capillo
Hic erat in magica regi comes vnicus arte
Fatur: & obscuris vocem de naribus haurit:
Virginis vnius quid tanti pendimus ora
Rex romanę. rudes inter facunda videri
Garrulitas indocta potest. nos prelia docti
Militiamq; sumus. si dimicet ense vel hasta
Nemo ex hoc numero tali fugiturus ab hoste est
Verum hoc non ferro bellum sed voce gerendum
Nemo est omnis homo: non omnes omnibus artes
Collige finitimis claros ex vrbibus omnes
Rhetoras: & quibus est romanę copia linguę
Audiat hos mulier de relligione loquentes:
Et pudeat carpsisse deos: explosa Dione
Aeneadum matri & nostro det thura Quirino
Si neget: impietas ferro plectetur & igne
Persephones omni placuit sententia mensę
Et simul a toto coetu laudata sedentum.
Nam soliti ludos celebres inferre theatris
Talia romani curant spectacula ciues.
Mittitur ad Solymos: ad Idumeos: & Erembos
Ad claram Zenone Cyprum: licet ęquora ventus
Tollat: & albentes veniant ad littora fluctus.
Regia contemnit leges & frena libido.
Mittitur ad Schedię campos: Mendesiaq; arua
Hermopolisq; lares: ad aquosam Naucratis oram
Necropolim: & claram Menelai classe canopum:
Qui vocet eloquio insignes fandiq; peritos
Proemia victori statuit vasa aspera gemmis
Aurea: purpuream vestem lauriq; coronam

Carmina de beata Catharina.

Interea cupidus regni Maxentius alto
Corde volutabat Romani. cupit ire per vndas
Nauigio celeri: patrieq; inuadere fines
Sed picee nubes ⁊ hyems contraria nautis
Impediunt cursus. Aquilo bacchatur: ⁊ Eurus
Importunus agit pluuias: freta concita clamant
Nec spes vlla vie superest nisi vere reuerso:
Nam quamquam hybernis nonnunquam tuta diebus
Equora sint dubio tamen inconstantia coelo
Propterea inflatum rabies abscondita pectus
Rodit. ab imperio exclusum dum se videt vndas
Execrat: ⁊ ventos ⁊ singula numina ponti:
Doridaq; ⁊ natas: cum matre palemona. Glaucum.
Prothea ⁊ oceanum cum coniuge. vela ratesq;
Concitus in mitem parat eructare puellam
Conceptum virus: tacitaq; incenditur ira
Non secus ac circumpositis hastilibus ardet
Ceruleus serpens: ⁊ aperta fauce venenum
Colligit. igniuomisq; oculis atq; auribus altis
Sibilat. ⁊ tetram diffundit in aera pestem
Sic furit impatiens cesar iuuat ignibus ignes
Persephone. modo nycteridem modo nycticoracem
Fingit: ⁊ hoc acri premitur Maxentius oestro
Perdius ⁊ pernox. animum quoq; somnia vexant.
Arduus coi mons est titanis ad ortum
Mons asie lybieq; tenens confinia iusta
Et quasi communis limes caput erigit altum
Assyrios arabesq; videns egyptiaq; arua
Vertice de summo. Casium dixere sepulchro
Romulide magni ⁊ celebri iquis inclytus ede

Huc oblectande studio per littora mentis
Fertur equo Cęsar. triduoque in rupibus altis
Delituit magicis exercens carmina signis
Ichthybolusque comes: tenuitque abscondita nube
Persephone. ⁊ tacito profert mendacia risu
Interea coniunx vultu verbisque puellę,
Capta moras non fert: sed mox absente marito
Opportuna videns data tempora nocte silenti
Cum duce porphyrio qui prestantissimus armis
Cyrene prefectus erat: sed venerat illis
Milite cum multo sacrum ad solemne diebus
Tendit ad horrentes obscuri carceris umbras
Et tenui densam superat vix lumine noctem
Ignis: anus cornu clausum quem previa gestat
Hostia claudebant aditum tria ferrea magnis
Vectibus: ⁊ squallere situ locus ante solebat
Terrifico. nigra fornix caligine tinctus
Humidus: ⁊ nitrea paries lanuigine candens
Marmoraque assiduum semper lachrymantia rorem
Et iam cardinibus primo de limine versis
Impulit ignotus nares odor omnia vincens
Que reges unguenta syri persque solebant
Delicias inter gemmis includere ⁊ auro
Talia seu mallent proprios se ponere in usus
Seu dare natarum muliebri scrinia mundo.
Mox rimis illustre iubar clarescere visum
Quod duplices abigat noctisque ⁊ carceris umbras
Attoniti pressere pedes. ⁊ lumine tecto
Auribus arrectis pendent: audire loquentes
Concentumque lyre exilem vocesque canentum

¶ Carmina de beata Catharina.

Pertenues visi. Raptę dulcedine mentes
Per longas immota moras vestigia figunt
Talia coelestes animi solacia castis
Indulgere solent. terrę contagia postq̄
Dedidicere graui scelerum de turbine sanctam
Deducti ad mentis requiem atq̄ silentia claustra.
Prolata mox luce fores reserantur: & ipsam
Compedibus vinctam duris gelidaq̄ grauatam
Mole catenarum & grauia inter saxa iacentem
Ieiunam tremulamq̄ gelu videre puellam
Quod neq̄ myrmidonum quisquam dolopū ue nec ipe
Phalaris aut duri miles busiridis ausit
Non diomedeus stabula inter seua minister
Hoc ferus infandi sceleris Maxentius auctor
Indignus qui viuat agit. Clementior ipso
Crudeli regina viro clarissima virgo
Dixit in has tenebras quę te fortuna redegit
Cur tali ęrumna tantoq̄ horrore sepulta es.
Quis tuus iste deus qui te tam tristia iussit
Vincla pati: Cur vis tenere miseranda iuuentę
Perdere foelices istis cruciatibus annos
Ad quam subridens oculis cum voce leuatis
Virgo ait infectę fulgenti murice vestes
Ante cadis rapidos ignes. patiuntur ahenis
Quam celebres vsus habeant: regumq̄ ferantur
In thalamos. prius accensis fornacibus aurum
Soluitur in riuos & multo vapulat ictu
Quam gremio suaues epulas & vina capaci
Accipiat: multo subiguntur verbere farra
Ante fatigatis quam sint alimenta colonis.

Mens humana sui sub inerti pondere pressa
Carceris ⁊ terre latitans in mole caduca
Non nisi per luctus ⁊ lamentabilis exilii
Supplicia eternos mundi sortitur honores
Non aliter fecis lutee contagia possunt
Abradi: imbibitas sordes animoque receptas
Hee referant artes: nec te regina voluptas
Si veri tibi cura boni: si cura salutis
Perpetue fallat: blanda sub imagine semper
Ingreditur. nardi succos vnguenta sapores
Mellifluos prefert vultuque applaudit amico
Sed nihil est sine fraude: latent sub melle venena
Que postquam imprudens biberis fugit illa repente
Leta dolis: manet infixum sub pectore virus
Dic vbi nunc ille: quarum vulgata theatris
Crimina conculcant probitatem humanaque corda
Mortiferis abigunt studijs. Briseis. Elisa
Phyllis: ⁊ Oenone. Sappho. Chryseis. ⁊ Helle
Tyndaris. ⁊ mater. Medeaque. Pasiphaeque
Atque mee Cleopatra domus graue dedecus: omnes
Et duxere breues foedis in sordibus annos
Ad stygios venere lacus: terreque sub vmbras.
Forma voluptates ⁊ opes ⁊ gloria regni
Non valuere sequi dominas: post funera nulla est
Disparitas animis. nisi quam dum vescimur aura
Disparitas morum inducit. si cernere fas sit
Aethereos regina lares ⁊ limina diuum
Occidet omnis amor vite mortalis: ⁊ vltra
Nulla dies posset curis abducere vanis
Altius afflatam diuino lumine mentem.

Carmina de beata Catharina

Nec nisi per multos voluit deus esse labores
Ad sua regna viam. nec sidera segnibus offert.
Sic nos ipse suo noster princepsq; paterq;
Admonet exemplo christus: qui brachia ferro
Transfigenda dedit: plantasq; ⁊ pectus apertum
Ipse videns hominem antiquis erroribus actū
Immersumq; altis tenebris non posse reuerti
Ad coelestis iter patrię: ⁊ simulachra deosq;
Marmoreos colere ⁊ vili se credere ligno
Uenit in hos artus: ⁊ aperto lumine noctem
Abstulit horrendam: atq; vagos collegit in vnum
Justicię ⁊ fidei callem quo sancta nepotum
Posteritas adiuta domos intraret olympi
Sed tuus hic cęsar diuum responsa sequutus
In verum mouet arma deum: multosq; trucidat
Christigenas: qui mox vt deseruere caducum
Corpus in ęthereos ignes ⁊ sidera tendunt.
Ipse autem infoelix omniq; miserrimus ęuo
Se grauibus mergit poenis: ⁊ more gigantum
Pugnat vt excelsos trahat in sua pectora montes
Nunc delubra iouis nocturnaq; consulit exta:
Et sibi promittit sceptrum tarpeiaq; regna
Ambit: ⁊ ignauo sperat succędere patri
O fragiles curę o dominandi insana libido:
Quot latijs nuribus lachrymas quot funera romę
Quot cędes dabit illa dies: cum dignior ipso
Missus ab occasu princeps insignia christi
Qui feret ammissis aquilis latissima solus
Regna gubernabit. christoq; auctore potitus
Imperio christi leges extollet ad astra:

Vir tuus arma ferox capiet: sed marte sinistro
Corruet: ⁊ tristes erebi rapietur ad umbras
Quare age ne nostros luge regina dolores
Sed magis ęrumnas ⁊ formidanda mariti
Damna tui: prolisq; tue: stragemq; tuorum
Nanq; ego si paulum afflicto sum corpore pressa
Nil tamen est in me flendum mihi: sidera carcer
Parturit iste mihi: faciunt tormenta beatam
Et iam finis adest: noctem iam terminat ortus
Lucifer: ⁊ clari facies: aperitur olympi.
Sic ait auditas quasi quędam oracula voces
Cum duce Porphyrio voluens regina sybillam
Coelitus afflatam nec verba humana sonantem
Estimat: ⁊ paucis sic est affata puellam:
Credimus o virgo coeli te arcana tenere.
Nec te tanta pati nec te sine numine fari
Credimus ⁊ christo tecum: volumusq; salutis
Participes tantę fieri. Clarescere Christus
Incipit: ⁊ totum late regnare per orbem.
Omnia christus habet: rubet omnis sanguine tellus
Innocuo. memini Rhomę vidisse gregatim
Christigenas duci: ⁊ quosdam periisse ferarum
Morsibus: ⁊ quosdam gladiis: in flumine quosdam
In mare complures fodienda ad marmora missos.
Flumina terra fretum fuso sacrata cruore
Numen habet christi: debentur. ⁊ omnia christo
Vidi ego Celicie poenas. ⁊ flebile sanctę
Funus Anastasie vidi: Euphemieq; dolores
Tiburti fratrisq; necem: Crudelia nobis.
Vulnera Chrysogoni veniens narrauit ab Istris

¶ Carmina de beata Catharina

Nuncius: et fateor lachrymę cecidere tepentes
Ipolitus laniatur equis. Laurentius ardet
Nec superare virum flammę neque ferrea possunt
Verbera: sic emitur coelum: sic inuidus orchus
Vincitur: et nulla esse potest victoria maior
Iam mea terruerant crebrę corda intima mortes
Et tanta horrebam passim lamenta: virumque
Sępius increpui. verum furibundus et atrox
Nec seruare modum miseris neque parcere nouit.
Viderit ipse suam sortem. Nos castra subimus
Christe tua: et post hac tua numina sola sequemur
Pauca pati satius: breuibusque ęterna parare
Gaudia supplicijs: quam dum fugientia frustra
Completi bona conamur retinere laborem
Perdere: et infernos demum descendere ad amnes
Sic ait. et rubro surgebat ab ęquore fulgens
Lucifer: et Casium rutilans aurora cacumen
Luce colorabat crocea: Regina comesque
Porphyrius fletu madidi rediere per vmbras
Nona dies aderat. turba stipante tyrannus
Affuit: at decima subierunt moenia luce
Rhetores acciti verborum ambage parata
Arduus ad leuam portum subeuntibus alta
Rupe locus surgit pharię contrarius arci
Vnde licet totam claris prospectibus vrbem
Subiectasque rates sinuosasque littora portus
Et procul in Cyprum fluctus spectare natantes
Hic fuit Antoni cum iam Cicerone perempto
Victus ab Augusto ciuilia poneret arma
Regia: mox iterum renouata in littore pugna

Fractus in hac fugit latebras: noua moenia Cęsar
Nicapolim dicens statuit: monumentaqꝫ victor
Inclyta pelleis posuit contermina portis
Hic igitur positis amplissima sedibus aula
Cingitur aulęis: longo velamina tractu
Accipit ⁊ picto paries vestitur amictu.
Hic Ninus ⁊ coniunx sexum mentita virilem
Coctilibus muris babylona Semiramis ambit
Assyrij reges persę mędiqꝫ sequuntur.
Hic Cyri genus ⁊ pugnę funusqꝫ cruentum
Et Thomiris vultu scythię regina superbo
Sanguineum regis caput insertabat in vtrem
Id quoqꝫ subscriptum grais epigramma figuris
Debita sanguineo mors sanguinolenta tyranno.
Hic Iouis ⁊ Semeles gangetica filius arua
Vastat. ⁊ imbelles inuoluit cędibus indos.
Miles alexandri longinquum nauigat ęquor
Diues ⁊ emissis petitur Taprobana mergis.
Namqꝫ polus gemina qui circumscribitur arcto
Occidit ⁊ gelidos illic non porrigit ignes.
Sidera sunt illi nobis incognita cęlo
Quę diuersa creant illis animantia terris
Diuersosqꝫ hominum mores aliumqꝫ colorem
Quando dies illis oritur densissima nobis.
Nox silet ⁊ medio voluuntur sidera lapsu.
Huc igitur romana cohors cum rege latino
Septaqꝫ multiplici regina satellite venit
Certamen vlsura nouum: ⁊ sine nomine turba
Plurima. Substratis aurata tapetibus alto
Fulget sella loco quam vir Maxentius ostro

Carmina de beata Catharina

Splendidus ꝛ gemmis late rutilantibus intrat
Quinquaginta acres animis linguaqꝫ diserti
Rhetores ad leuam positum ascendere tribunal
Pellitur e medio vulgus: sedere latini
Ad dextram proceres. lagidę tenuere sinistram
Ordinibusqꝫ silent completa sedilia longis
Ingreditur virgo tanti certaminis auctor
Quam circum magno Nasamon strepit agmine lictor
Gens fera gens immanis agens ex ęquore prędas
Cum miseros aquilo iacit in vada syrtica nautas
Splendida lucifero similis Catharina nihilqꝫ
Extenuata famę ꝛ roseo spectabilis ore
Nam deus vt sęui torqueret pectora regis
Illius ambrosia vultum frontemqꝫ comasqꝫ
Tinxerat ꝛ totam coelesti afflauerat aura
Iussa sedet: trabs alta ligat pendentia pugnę
Pręmia: stant versis arrecti vultibus omnes
Cuncta silent: regis nutu data copia fandi
Talia tum primus sumpsit primordia Rhetor
Maxime romulidum Cęsar: quem Iuppiter vnum
Deligit. immensi cui sint consortia regni.
Non ego dicendo laudes ęquare deorum
Posse puto. neqꝫ enim fas id mortalibus vllis
Sed ne tanta leues verbosa licentia linguas
Inflet vt in superos passim conuicia iactent
Pauca loqui suasit pietas. causamqꝫ tueri
Coelicolum. qui te Cęsar romanaqꝫ regna
Precipuis tollunt studijs. qui barbara tandem
Ausonię sanctis domuerunt legibus arma
Maximus hic orbis gemino qui nititur axe

Quem decorant ęterni ignes: quem circuit ardens
Lumine perpetuo Titan germanaq; phoebe
Nil ioue maius habet. sedet alto in vertice mundi
Tartaraq; & terras complexus & equor & auram
Imperio ęterno regit omnia iuppiter implet
Omnia mente gerens animo procul aspicit omne
Tempus. & incumbens cubito vigil excubat: ipsi
Nulla quies & summa quies. ab origine factum
Seruat opus: semperq; nouis noua corpora formis
Suscitat. ex astris animas vitalibus haurit
Quas in membra pluat: mox vitę munere functas
Euocat ad coelos iterum post tempora soli
Nota sibi rursum emittit rursumq; reducit
Hoc opus est quod fine caret: sed summa voluptas
Ipsi operi coniuncta quies ęterna vocatur
Ipse sibi tante molis ne solus habenas
Flecteret vt tanti facerent communia regni
Gaudia progenuit natos: quos sustulit inter
Sidera vt ex alto curent mortalia coelo
Sic venus & pallas sic mars seriesq; nepotum
Surgit: vt Aeneas & Romę conditor vrbis
Romulus: & claro stellatus in ęthere Cęsar
Indigetesq; alij: quorum tutela iacentes
Mittitur in terras meritis pro talibus ipsi
Cum dare nil melius possint fumantibus aris
Thura ferunt homines. onerantq; altaria donis
Templa locant: tantoq; deos testantur honore
Hinc Ephesi moles. hinc donęq; columbę
Hinc hammonis opus clariq; oracula phoebi
Et lycię sortes: & delphica phocidis antra

Carmina de beata Catharina

Namqȝ hominem miserata graues pia numina curas
Dant varijs responsa modis instantia bella
Insidias pestemqȝ monent casusqȝ sinistros
Ingruere: humanis nunquam tacuere vocata
Supplicijs: tumidis Medo cum milite graios
Opprimeret Xerxes miserantum oracula diuum
Vincendi docuere viam: cum punica bella
Cladibus innumeris italos romanaqȝ regna
Concuterent diuum phrygio de littore mater
In latium translata grauem sedasse tumultum
Dicitur: auspicijsqȝ deę vicisse latinos
Et nedum eiecisse suis de finibus hostem:
Sed libycos etiam ferro flammaqȝ penates
Vastasse: atqȝ armis birsam euertisse potentem
Quid referam auxilio iouis ⁊ iunonis ab arce
Deiectam senonum gentem: ⁊ capitolia forti
Diuorum protecta manu pestemqȝ repulsam
Moenia cum phoebo satus atqȝ Coronide nympha
Versus in effigiem colubri romana petiuit:
Quo fit vt impietas atqȝ irreuerentia diuum
Sit scelus honorandum: ⁊ nullo delebile sacro
Sacrilegas odere manus. odere superbos
Numina: Tantalidis natos latona peremit
Juppiter agnipedes congestis montibus ausos
In superos tentare viam: curruqȝ volanti
Eolidem aggressum tonitru simulare fragorem
Fulmine deiecit. torueqȝ Lycaona regem
Induit ora ferę. nudus cute Marsya phębum
Repperit vltorem. temeraria sensit Arachne
Pallida cęcropiam. mentite pergama troię

Ira tridentiferi perterruit Ennosigei
Sed quid ego annitor phoebo superaddere lumen
Ista satis fulgore sua sententia nota est
Et scelus a superis habet ꝛ sua pręmia virtus.
Quare age conceptum virgo depone furorem
Nec tentare deum genus infoeliciter aude
Est thalamis prelata venus prelata puellis
Nubilibus tędas nisi sis pertesa iugales
Sit tua cura venus. quod si seruare pudorem
Virgineum mauis tibi sit tutela Dianę.
Numen vtrumqꝫ pium. tua qui iam possidet orbem
Vota secundabit cęsar. quid pallida męres
Pone metum virgo infoelix resipisce parumper
Pro generis splendore tui connubia cęsar
Clara dabit nam te Lagidarum a sanguine ductam
Commemorant proauos semenqꝫ imitare paternum
Et cognosce deos quos agnouere parentes
Ante tui. quisnam nugas persuasit aniles
Ut genitum obscura segniqꝫ propagine Christum
Numen habere putes: mundus coniurat in omnes
Christigenas: iam terra rubet iam sanguine pontus
Spumat: ꝛ ex toto penus hoc exploditur orbe
Et tu docta bonas artes sata sanguine regum
Et formę splendore nitens. gratissima tantis
Principibus magnę domino gratissima Romę
Et modo florentes annos ingressa iuuentę
Sponte tibi mala tanta paras: vis ferre latentes
Carceris obscuri tenebras. vis ferre catenas
Extremamqꝫ pati sęna inter vulnera mortem
Ah miserere tui saltem: miserere tuorum

Carmina de beata Catharina

Desertę miserere domus. lamenta precesq;
Ne contemne tuę gentis. depone rigorem
Marmoreum virgo. nec contra iura deosq;
Foemineas extende manus. tibi gloria victę
Maior erit q̄ victrici. spes vnica tanti
Sanguinis extingui prolem patiere tuorum
Carminibus tua corda malis possessa retardat
Christus: & haud compos mentis cognoscere sanctos
Non sineris monitus: sed mox vt martis ad aram
Numen adoraris pulsa caligine tollet
Libera mens oculos. & te tua limina lęto
Accipient vultu reducem. quid lenta resistis
Rumpe moras. nec te clementia Cęsaris vllum
Ad scelus inuitat: nec ad importabile pondus
Vrget: opus leue. iucundum. laudabile sanctum
Imperat: id proceres optant. id supplicat omnis
Vrbs tua. Quid tantis & sola & foemina votis
Non parere potes: da thura calentia Marti
Dux tibi Cesar erit. nos te comitamur euntem
Sic ait: & Cęsar nutu assentitur & ore.

Secūdę Parthenices Liber Tercius

r Egia progenies fixis immota manebat
Luminibus turri similis quam saxea moles
Sustinet: atq; omnem fert inconcussa procellam
Et tali assurgens sermone silentia rupit.
Si mea mens vllo poterat sermone moueri
Hoc fateor compulsa foret: namq; omnia rhetor
Attigit humanum quibus est mutabile pectus.
Et factum satis est arti. si inuicta remansi
Diuinę hoc virtutis opus. si numen abesset

Victor erat: grauibus potui succumbere dictis.
Victrices habeant lauros prolataqꝫ pugnę
Dona ferat virtus ꝛ non fortuna coronam.
Quod potuit fecit. potui sine numine vinci.
Sed mihi numen adest quo mens arrepta moueri
Nescit. ad Eufratem potius sua flumina mittet
Eridanus Thyberim Tagus influet Abdua Nilum
Ante ꝛ Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces
Taurus ad Athlantem fugiet. Carmelus ad ossam
Quam mea sanctus amor Christi precordia linquat
Quam marti ꝛ gelidis ponam libamina saxis.
Nec superos odi nec numina sancta nec aras
Numinibus sacras verumqꝫ numina vanum
Vulgus ait tenebrosa sequens vestigia patrum
Numen habere nego. teneat si iuppiter arcem
Aetheream quis templa ioui quis sacra negabit:
Sponte ego thura feram. Veneris (si numē haberet)
Numen adorarem. Phębum sequar atqꝫ sororem
Si soror ꝛ phebus dij sunt. venerabimur aram
Palladis ętbereo pallas si nata cerebro.
Impius ꝛ mergi dignus phlegetonte sub imo.
Sacrilego quicunqꝫ deum sermone lacessit.
Sed vetus ꝛ toto iam vulgatissimus orbe
Mortales inter miseros afferbuit error
Atqꝫ aliterqꝫ res habeat sentire coegit:
Somnia nec refero: sed quod narramus aperte
Monstrari ratione potest Dic optime Rhetor
Quis fuit ante iouem qui lucida volueret astra
Qui regeret cęli cursum qui clauderet vndas
Littore: qui lęto vestiret gramine campos:

¶ Carmina de beata Catharina.

Mundus enim fuit ante iouem: qui raptus ab ipsa
Fauce patris coribantum opera translatus ad Idam
Gnosiacasqꝫ domos creteo creuit in antro
Juppiter est igitur proles humana: propago
Est humana iouis. nullum fecere quod ipsos
Esse deos testetur opus. furta arma rapinę
Stupra doli fraudes opera hęc preclara deorum
O insanę hominum mentes: quę credere diuos
Artibus his factos potuere: ardentis olympi
Artificem fecere hominem: dementia nulli
Admittenda viro Deus est ęternus: ⁊ ingens
Nec comprehensus adhuc: nec quę ꝯprehendere possit
Mens est vlla deum. Simplex essentia nullis
Intercepta locis non circumscripta figuris
Unus ⁊ in plures nunqꝫ diuisus: ab omni
Conditione procul nostra. mortalia nedum
Omnia: verum etiam vincens coelestia longe
Solus hic immensum fecit non Juppiter orbem
Quicquid habet phlegethon q̄cquid caua viscera terrę
Quicquid inest pelago quicquid secat aera pennis
Condidit: ⁊ solus totum hoc opus ipse gubernat
Quę narras de prole iouis de stirpe deorum
Scęnica sunt leuibus vulgo recitanda poetis
Exhibitura iocos populo plausumqꝫ theatro
Juppiter ⁊ proles ita sunt in sidera lati
Ut fera syluosę nemees: vt portitor helles
Portitor Europes. Auriga. ⁊ Jasonis Argo
Pegasus. arctophilax. ⁊ raptis miluius ęxtis
Cęsareusqꝫ thronus. coma regia. procyon. vrsę.
Coruus. olor. lepus. ara. canis. lyra. cancer. ⁊ vrna

Atq; alię coeli formę. quas grecia mendax
Finxit: ⁊ audaci vatum facundia cantu.
Non ita naturę speculati arcana sagaci
Ingenio sensere viri: quos attica tellus
Quos iudęa tulit babylonq; antiqua magorum
Clara rudimentis. bragmanarumq; reposto
Ora iacens mundo nudis vicina sophistis
Primus Anaxagoras quadam coelestia dixit
Mente regi: non ille iouem non ille mineruam
Non Maia Semele ue fatum pręfecit olympho:
Non hominum quenq;: breuibus qui tanta lacertis
Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro.
Aetica cęcropias docuit qui primus athenas
Insignis virtute senex simulchra deosq;
Risit: ⁊ hic sophię princeps ab Apolline vestro
Dictus. ⁊ idcirco iussus potare cicutam
Matre Perictonia veniens a stirpe Solonis
Clarus Aristocles humeris plato dictus ab amplis
Cum comite Eudoxo nostram peruenit ad vrbem.
Quicquid ab habramo nostri didicere parentes
Transtulit ad graios ⁊ ab his Academia terris
Orta deos plures aufert. vnumq; fatetur.
Artificem mundi dominatoremq; deumq;:
Magnus Aristotiles hominum figmenta perosus
Lyncea in ęthereos attollens lumina tractus
Vidit in hac vnum mundi testudine numen
Et coluit. patrios ideo fugisse penates
Euboicosq; lares fertur petijsse. diemq;
Calcide supremum longa clausisse senecta
Hic deus errantes miserans in imagine nostra

¶ Carmina de beata Catharina.

Venit. & istorum fraudem detexit & artes
Spirituum: sacros quibus indulgetis honores.
Hic deus. hunc vnum colimus. vobisq; colendum
Dicimus. At plures luci p̄ferre tenebras
Et coelo phlegethonta volunt: & funera vitę.
Huius in aduentu vester trepidauit Apollo
Squallidus: & vultu radios contraxit opaco.
Tum cecidere deum statuę: simulachraq; miris
Sunt contrita modis. vestri meminere parentes
Hunc solymi vates perhibent vestręq; sibyllę
Secula facturum lustratis aurea seclis
Huius ob imperium ęternum promissaq; genti
Regna suę nec forma meos nec sceptra nec ętas
Sollicitant animos. bona nec mortalia tanti
Ducimus. hoc etiam vestri docuere poetę
Nam quid Lyriopes & grai filius amnis
Nos aliud docuit. fragilis q̄; noxia formę
Blandimenta malis pręberi incendia curis
Et sibimet nec solum aliis inferre venenum
Et quid opes aurumq; Midę monuere? quid ausus
Quid phętontis equi nisi quod vota improba regum
Diuitięq; abeunt pessum. secumq; ruinis
Inuoluunt grauibus reges regumq; ministros?
Dicite. Plutoni veterum prudentia vatum
Cur subiecit opes? forsan quia viderat aurum
Exima tellure trahi. sed montibus altis
Aes latet. argenti decor est in viscere terrę?
Betica testatur regio Pactolus & hermus
Astipulantur. agunt etenim flauentis harenę
Diuitias. fuluumq; trahunt cum piscibus aurum

Et quia sub terris ditem regnare volebant
Quę tellure latent diti attribuere profundo
Forsitan hęc fuerit ratio quę mouerit illos
Altera se nobis longe pręstantior offert
Ad mores inuenta bonos. studiosa salutis
Consona dogmatibus nostris Concędimus ergo
Diuitias orcho: quia sunt fomenta malorum
Et scelerum instrumenta: quibus subuertitur omne
Justicię robur. coccos quibus itur ad amnes
Sulfureosq; lacus regnum implacabile ditis
Non aliam ob causam mundi saluator iniquas
Appellauit opes: ⁊ lucra ferentia mortem
Distribuenda pios hominum mandauit in vsus
Discite vestrorum monitis contemnere quicquid
Est mortale: omnem regna in coelestia curam
Ferte. nec ętati. fluxę neu fidite vitę
Mobile tempus abit: mora nulla fugacibus annis
Nunc quoq; dum loquimur Cęsar tua pręterit ętas
Anxia: nec gelidam tardat tua purpura mortem
Finis erat verbis: vno cum rhetores ore
Nil veriti regem (res admiranda) superbum
Sacrilegum quiddam simulachra deosq; fatentur.
Incestumq; Jouem. subitoq; afflata repente
Numine tota cohors victorem extollere christum
Coepit: ⁊ in summam fidei prorumpere laudem
Torua supercilio Maxentius ora minaci
Tollit: ⁊ accensus flagranti corda furore
Elata vocat arma manu. citus arma satelles
Admouet. accursu proceres tenuere citato
Talibus ardentem furijs. Subuersa tumultu

Carmina de beata Catharina.

Omnia precipiti. Postq̃ sedata parumper
Ira. leues animos dixit que mouit herinnis
Quis malus inuasit mutantia pectora demon
Ergo ne foeminee potuerunt vertere nuge
Uos quoq;: vos inq̃ quos defendenda deorum
Causa peregrinis ad nos contra vix ab oris.
Hoc honor exhibitus vobis hoc dona merentur
Hoc suspensa tolo: sic nos sic omnia Rome
Numina negligitis: que tanta ignauia: multos
Una puella viros superat. proh dedecus: inter
Millia tot prestantum hominum certaminis huius
Premia fert mulier. sic rex. concorditer omnes
Respondere viri. quid nos terrere minando
Niteris: illabi manifestum in pectora numen
Sensimus: et rutilare sacro caput illius igne
Uidimus: et labi flammas ex ore loquentis.
Uincimur a superis. et victi ponimus arma
Da veniam Cesar. Christi transimus ad aras
Juppiter et proles et numina falsa valete:
Cesaris extemplo facies excanduit: ardent
Lumina: labra tremunt rauco clamore ministros
Conuocat infandum facinus iubet: ore tragoedo
Atq; sophocleo scelus enarrabile cantu
Tollite sacrilegos clamat: iugulate deorum
Sacra profanantes. auibusq; epulanda per agros
Exta date. hec illis sint premia: vadat ad vrbes
Fama peregrinas: tante victoria pugne
Has habeant lauros. hec gloria segnibus esto.;
Ite rogum ingentem struite: et date corpora flammis:
Et cinis equoreas vento rapiatur in vndas

Talia fulmineo iaculans late intonat ore
Attoniti tremuere omnes. feralibus armis
Circumfusa cohors vinctos pretoria ducit
Rhetoras: et magno circumstrepit agmine miles
Voce recedentes tali Catharina monebat
Ite triumphales animę. superate tyrannum
Ite alacres. hodie vobis reserantur olympi
Limina. momentum mors est: vbi transijt ęther
Panditur: et liber petit ignea spiritus astra
Ite domos coeli sanctosque intrate penates
Ite. sequar. nec vos sacri iactura lauacri
Terreat: abradet scelus omne salutifer ignis
Nec mora. comportant alij sarmenta trabesque
Materiam arentem. et syluę virgulta salignę
Et piceas alij pinos et odora cypressi
Robora iuniperi ramos. campoque patenti
Construxere pyras. adipem fomentaque flammis
Plurima subijciunt: oleaque liquoribus addunt
Sulfura certatim. coit omnis turba: vięque
Eructant hominum turbas. velut aggere fracto
Cum Padus in virides spumanti vortice campos
Insilit euertens segetes: spemque obruit anni
Subiecere faces. salit ardua flamma comamque
Spargit: et in nubem fumi glomerantur opacam
Corripiunt vinctos bini. stringuntque retorto
Fune manus et fune pedes: iaciuntque per altos
Ingenti clamore rogos. furit ignis. et ardor
In mentum salit atque comas stridore corusco
Tanta sacerdotes alacri spectacula vultu
Conspiciunt: tabulisque iuuant incendia iactis.

¶ Carmina de beata Catharina.

Cesaris extollunt animos. vrgentq; ministros.
Et rediisse deum libamen ⁊ orgia gaudent
Extinctis mox busta viris cecidere nec artus
In cineres abire: togas ⁊ corpora lambens
Leuiter abstinuit viresq; coercuit ignis
Ipse suas sanctos veritus tractare. sepulchro
Christigenę intrepidi sublata cadauera ponunt
Suppliciter flentes: ⁊ tristia funera ducunt.
Cędis adhuc auidus Cesar: nec crimine tanto
Territus ac multo madidus post prandia baccho
Mandat ab obscuris foribus coecoq; reuulsam
Carcere victricem mensis astare puellam
Illa catenarum strepitu per lata sonante
Atria nil pauitās duri subit ora tyranni
Composito vultu ⁊ frontis feritate parumper
Vix tandem posita: ficto rex pectore fatur
Regia progenies virgo tua maxima virtus
Insigni nobis hodie certamine nota
Conciliare potest tibi me: nisi nostra vereri
Sacra negas: versus igitur palinodia verbis
Est dicenda palam. ne te mala numina perdant
Est placanda deum dictis melioribus ira.
Illa quid his iterum nugis me vertere tentas:
Cesar ait Tu saxa colas: sine numina nobis:
Forsitan honoratis lapides: quia creditis olim
Deucalioneis homines de cotibus ortos
Talibus accensus dictis Maxentius altum
Ferrea clamabat date verbera verbera lictor
Expedit: ⁊ nudos humeros ac pectus apertum
Virginis inuadens crebro ferit impius ictu

Innocuum corpus: miti gemit ore: deumq;
Alloquitur virgo. nostri cape sancte cruoris
Primitias. animum serua. sit victima fluxum
Corpus: vt Habramus seruato pignore sacrum
Fecit ꝛ illustrem pecudis cruor imbuit aram
Sic mea seruata caro concidat hostia mente
Sic ait. ex oculis lachrymę fluxere tepentes
Ora genasq; rigant. largus de vulnere sanguis
Labitur: ꝛ terram cędes effusa cruentat
Supplicio affectam tali iubet ire sub vmbras.
Nullaq; bissenis preberi alimenta diebus
Vertitur abstergens oculis gemebundaq; pectus
Velat. ꝛ in noctem lachrymans descendit opacam.
Est locus ęoos phoebi nascenti ad ortus
Arduus attollens vicina cacumina coelo
Thraicia maior rhodope sublimior ossa
Pelion ęmonium superans ꝛ culmen olympi
Caucaseasq; niues vbi sunt iuga maxima Tauro
Illic perpetuo vernantia gramine rura
Perpetui fructus ęternaq; gratia florum
Vernaq; temperies semper: sine nubibus aer
Lympidus. Auster abest. boreas non sibilat Eurus
Exulat. occidua Zephyrus non murmurat aura
Hic primęua quies homini ieiuna priusquam
Infoelix vetita viciasset guttura fruge
In medio fons est lato pulcherrimus orbe
Quattuor vnde fluunt occulto flumina cursu
Nam tria secretis delapsa meatibus arcton
Versus eunt: at mox verso reuocantur in austrum
Tramite. ad ęthiopes combustaq; solibus arua

ℭ Carmina de beata Catharina.

Defluit assiduis quartum. Meroemq; refuso
Gurgite complectens menphitica regna peragrat
Ad vitrei fontis ripas in margine lęto
Sunt olec pingues. sunt medica mala Cypressi
Et semper virides lauri. palmetaq; longis
Frondibus: ⁊ pini pingues: ⁊ myrtea sylua
Sunt ⁊ odoratę Cedri foecundaq; semper
Ficus. ⁊ vna graui pendens in palmite. pruna
Cęrca. iuglandes. ⁊ amygdala. purpureumq;
Quod tulit arctois pomum Lucullus ab aruis
Prata sub arboribus raris florentia semper
Lilia. serpillum. Narcissus. amaracus: omne
Gramen odoriferum. violę rosa. balsamus: arbor
Thurea. myrrha. thymū. buxus: terebinth9. amomū
Nardus. ⁊ Aiacis frondes rorisq; marini
Irriguos circum riuos sua brachia tendunt
Innocui vitreo ludunt in gurgite pisces
Vbera distendunt pecudes. hic nulla leonum
Semina. non serpens. nec cauda scorpius vnca
Omnia tuta. cubant lepores: nec bella nec vllas
Insidias metuunt. cantu nemus omne volucrum
Personat. ⁊ florum per summa cacumina nectar
Libat apis. lectumq; cauis opus aggerat antris.
Nuncius ante pater summa quem miserat arce
Virgineo occurrens morbo casusq; futuri
Prescius inde fauos illis ⁊ mella diebus
Pomaq; decerpens dapis inconsueta ferebat
Xenia desertę trans ęquora lata puellę
Hęc sunt illa quibus foelicem papula vitam
Helias ⁊ socij longęua in sęcula ducunt

Omniaq; infuso curauit vulnera moly:
Molij quod omnigenis fecit vtile deus morbis.
Nigra subest radix. viridis coma: floribus albet.
Jam bissena dies ierat reuocatur ab vmbris
Ambrosum vultu referens Catharina decorem.
Nec tenuata fame nec tristi squallida nocte.
Cesar vt aspexit solitum decus oris honesti
Fraude ministrorum pastam putat estuat ardet
Vociferans trepidat mugitur regia tanto.
Non secus ac naute pelago cum turbidus imber
Ingruit et rauco volitat cum murmure nubes
Pulsa noto. tumet vnda. micat pice nigrior aer
Ignibus. et. tonitru ingenti tonat altus olympus
Perdite custodes clamat vel mergite ponto
Tergore consutos. siculis vel adurite tauris
Jussa citi Garamas Nasamon maurusq; facessunt
Marmaride. Psilli. Numide. quibus vna libido
Sanguinis: accensos miseri raptantur ad ignes
Vinculaq; iniiciunt pedibus: terraq; volutos
Versatosq; luto et foedatos puluere terga
Ad tormenta trahunt. nihil illis mollia prosunt
Verba precum. lachryme nihil inter verba cadentes
Nil longi labor obsequij: votisq; vocata
Numina nil prosunt manet implacabile pectus
Regis et indomitum virus medicamine nullo
Frangitur. o infoelix que te inclementia Cesar
Virgo ait innocuos homines torquere. coegit
Non ego terrenis epulis sed ab ethere missa
Sunt dape pasta dies bissex: qui pabula genti
Per deserta dedit solyme: cum vecta per vndas

¶ Carmina de beata Catharina.

Aequore suspenso panchęos venit in agros
Me quoque certantem pro relligione fidemque
Asserere audentem pavit sanavit: et ipsa
Parta salus opus esse docet coeleste. cicatrix
Nulla per offensos ferro deprehenditur artus
Incipe sedata fieri clementior ira:
Et neque sanguineo similem te finge Neroni
Sed qualis Traianus erat: vel iulia proles
Augustus. qualesque tulit gens flavia reges
Et patrem et natum. quorum vestigia debes
Sancta sequi si vis tanto succedere regno
Dignus eris si iustus eris. clementia reges
Efficit imperio dignos. pro immanibus actis
Crudeli mercede deus tibi digna rependet
Praemia. crudeles superi crudeliter urgent
Vicit foemineo facundia iuncta decori
Sedatusque parum Cęsar quo perdita Virgo
Usque Iovi differs inquit parere. iuventę
Nec miserere tuę: Non te servilibus utar
Obsequiis: nec enim id patitur tua forma nec ętas
Assentire meis aliquando et subde rebelles
Imperiis animos. Quid me respondit iniquis
Sollicitas verbis: turpi si pectora voto
Foeda geris cur sanctum audes violare pudorem:
More suum coeno assuetus sordescere numquam
Desinis: et mundę nescis assuescere vitę
Sic tua te instituit venus: hęc documenta tuorum
Casta deum. Sunt hęc quibus assentire iubemur
Imperia: hi monitus: Utrum tua provida virtus
Consulit utilius nobis humana ne iussa

An diuina sequi: Quod amas deus odit. ⁊ audes
Impugnare deum cum sis mortalis: ab vrbe
Ciuibus hęc tam vana meis documenta tulisti:
Erubuit Cesar. sceleris mens conscia non fert,
Iurgia. non audet vultus attollere: seq̃
Uertit ad Ichthybolum. ⁊ reuehi precepit ad vmbrã
Carceris: atq̃ nouis tradi custodibus antrum
Ichthybolus vero cui mens crudelis ⁊ atrox
Ingenium: regi quid nam vulgaribus inquit
Hanc poenis terrere paras sub sidere natam
Credimus hellęo. nam frons marpesia caute
Tauronunitana asperior: rigidoq̃ adamante
Durior ausonios fasces nostrasq̃ secures
Ridet: ⁊ imperio diuum parere recusat:
Cędimus: an iustis dementem vrgere flagellis
Pręstat: ⁊ imperij causam diuumq̃ tueri:
Mollia non obstant duris: nec fortia possunt
Debilibus vinci. nec ligno saxa cauantur
Nec manibus muri sed duro marmora ferro
Moenia contortis magno molimine saxis
Eruimus si auferre paras a virgine Christum
Finge rotas. magneq̃ aliquot vertiginis orbes
Et crebris armetur opus mucronibus omne.
Et radij cultros ⁊ curuatura rotarum
Ancipites habeant. Orbis contrarius orbi
Currat: ⁊ affixos verso secet impetus axe
Persephone inmanes poenas ⁊ sęua docebat
Supplicia occultis voluens corda impia formis
Aspera inhumanum flexit sententia regem.
Queritur in tota si quis foret vrbe Perillus

Carmina de beata Catharina.

Atq; Phereclea quisquam pręstantior arte
Dedalus: aut auctor troianę cladis Epęus.
Nox erat. & medium coeli stellata per axem
Cum Ioue ducebant nitidi vestigia pisces
Maximus ętherei Christus regnator olympi
Agmine coelicolum magno stipatus ab astris
Labitur: & niuei transit per cornua tauri.
Intrat ad humentes vmbras & triste baratrum.
Fit sonus: & nigram subito lux aurea noctem
Dissipat. apparent pulchra sub imagine diui
Primus Ioannes: humeros cui lucida vestit
Pellis: & aurati pendent in tergore villi.
Alter erat senior Petrus cui candida mento
Cęsaries geminęq; micant in pectore claues
Tercius ardenti Paulus mucrone coruscans
Igneus ore: ligant intextę guttura gemmę.
Quartus Ioannes aquila signatus: amictu
Lucet in albenti: mentoq; & vertice canus
Hi primi: sua quemq; ducem stant agmina circum
Squallor abit. fulget paries: circumfluus aer
Fragrat: & armenio carcer lustratur amomo
Tum vultu diuum dominus sic fatur amico
Hactenus exalto pugnam spectauimus orbe
Occulteq; tuis procul aspirauimus ausis
Fortibus hęc clarę fuerint pręludia pugnę
Nunc acię tota pugnatur & omnibus armis:
Macte & in extremo palmam ne desere cursu
Pars super est tibi. parua vię: iam proxima palmę
Curris & apparet grauium suprema laborum
Meta. dies feret optatum tibi crastina finem.

Dixit: et ambrosia frontem perfudit et armos.
Et sic fatus abit: dulcique adit ethera cantu
Altera lux aderat. feralis machina coelo
Erigitur: populique foro concursus aperto
Cogitur. horrescunt visu: et crudele fatetur
Id genus insolitum poene. de robore querno
Texitur: et bisex cubitis ascendit in auras
Pons: vbi voluendos lictor se attollat ad axes.
Impulsi magnis strident conatibus orbes.
Rostratique micant gladij: curuisque minantur
Dentibus. et paruo inter se discrimine distant:
Corpus vt affixum laterie regione locatum
Discerpat latus: atque vno secet omnia cursu
Membra leues subito procul eiaculanda per auras
Terrificum incutiens animis structura pauorem
Aspectuque nocens solo. super aurea sedit
Stragula: et a tecto spectat Maxentius alto
Coniugis extendes bacchatam ad colla sinistram
Protrahitur virgo: que postque immania vidit
Currere protensis armata volumina rostris
Substitit: et presso suspexit sidera gressu
Sic memorans. O bsiste pater crudelibus ausis.
Percute dentatos orbes. ostende tyranno
Te ioue contempto coeli terreque potentem:
Infoelix videat contabescatque videndo
Quanta tue virtus et quanta potentia dextre
Vix ea finierat gelida cum erupit ab arcto
Ventus: et ardenti resonans cum fulgure fulmen
Grandineque immixta nimbus caliginis atre
Disrumpitque rotas. trabibusque per aera pulsis

¶ Carmina de beata Catharina.

Maxima consequitur strages: quo territa vertat
Turba pedem noctis tenebris inclusa profunde
Nescit: et attonitos frustratim machina labens
Opprimit: auditur clamor. sonitusque ruentum
Impete cum magno trabium. periere ministri
Quattuor ut fama est: rapuit furibunda virorum
Milia tempestas et lapsus ab aere turbo
Utque dies claro detersit nubila coelo
Detegitur clades hominum. laniata per omne
Membra forum: facies veste. conuulsaque labra
Dentibus extertis: lacereque per ardua vestes
Culmina tectorum. mixto fluit vnda cruore
Que superant cladi lugent communia matres
Funera pellere: lamenta per omnia surgunt
Compita: in ingenti tota vrbs ploratur aceruo
Plebis in occasu tante gauisa per auras
Persephone volat. ac socios ac demonas omnis
Ad predam ciet ex aris adytisque deorum:
Illi precipites altis e turribus adsunt
Corripiuntque vagas animas. stygiisque coercent
Funibus in fasces: et in intima tartara volunt.
Persimiles aquilis quotiens videre volucres
Dulcibus e stagnis tolli: tenuemque per auram
Mare cateruatim: campisque inferre volatum
Qua rigat effusis Mantoam gressibus vrbem
Mintius intexens iuncis et harundine ripas
Saucia iamdudum coeco regina dolore
Dissimulare nequit flagrantem pectore flammam
Sicque virum alloquitur. que te immanissime que te
Pestis agit. manifesta vides miracula nec. dum

Irritare deum cessas: tibi me quoqꝫ Christus
Abstulit: ⁊ viuo crines in flumine laui.
Nec tua sum post hac nec me reuerentia martis
Nec Jouis vlla tenet: tua sunt hec numina. vincet
Christus: ⁊ occumbens cum relligione deorum
Cesar ad hec frendens contorquet lumina denso
Torua supercilio: ⁊ clamans noua funera lictor
Poscimus: accipe ⁊ hanc: ⁊ amaro vulnere truncis
Vberibus cesa caput a ceruice reuulsum
Aequoree volucres habeant. piscabitur illud
Petrus: ⁊ inuentum Christi suspendet ad aram
Nec mora dum totam magnis vlulatibus vrbem
Dira lues agitat. dum cedibus omnia complet
Persephone exultans ⁊ tanta strage superbit
Vincta manus sparsis trahitur regina capillis
Res indigna nimis: missoqꝫ ad collo capistro
Ducitur ad littus lachrymans. ⁊ crine ligatam
Arboris ad ramos patulis que vmbrosa lacertis
Stabat harenose frondens in margine ripe
Afficiunt probris ⁊ multo verbere. tandem
Pectore conuulso pharias truncatur ad arces
Exanimes artus nudant: rapiuntur in aures
Implicitumqꝫ comis aurum. gemmisqꝫ monile
Diues: ⁊ amisso seuit fera turba pudore
Ceu plures cum nocte lupi inuenere relictam
Desidia pastoris ouem simul agmine facto
Communem inuadūt predam: atqꝫ in vulnera certāt
Dilaniant: caput hic: iecur ille in clunibus alter
Pascitur: ⁊ fauces implent: rictumqꝫ cruentant.
Audijt horrendum facinus. veniensqꝫ repente

¶ Carmina de beata Catharina

Porphyrius multo raptum cum milite corpus
Texit humo lachrymans meritosq; exsoluit honores
Infoelix quantum sors & breuis hora sinebat
Jamq; nouas afferte dapes: discumbere tempus
Cęsar ait sat mane Joui superisq; litatum
Omnibus: & fuso placati sanguine manes.
Soluite tristiciam: curasq; immergite baccho
Debetur noua nupta mihi. nanq; impia coniunx
Per noua iudęo nupsit diuortia Christo
Ferte cados: data creteo de palmite vina
Ponite amyneos latices: chiumq; liquorem
Et si quid campana sui vindemia misit
Nectaris: omnigeno spument crateres hiaccho.
Discumbunt celeres volitant agilesq; ministri.
Et mensas epulis onerant: Maxentius ira
Jam dudum exustus largo se ingurgitat hausto
Sepius & pergit venas inflare calentes.
Callida persephone grauibus conuiuia rixis
Jmmiscere valens sumptis. preteruolat alis
Aequoream simulans volucrem: petit ardua nubes
Jtq; reditq; frequens. ducetq; per aera gyrum:
Garrituq; sonat pluuio. denunciat iniquit
Jchthybolus ventos tempestatemq; futuram
Jam pelago furor & nautis grauis ingruit imber
Cęsar vt audiuit pelagus succurrit imago
Coniugis ad littus cęsę iubet ire ministros
Necropolimq; trahi: & condi tellure cadauer.
Respondere ducem iam dudum funere ducto
Porphyrium veteri regum imposuisse sepulchro
Ecce iterum lachrymans iterum ciet ira furorem

Letaqꝫ subuertit preceps conuiuia luctus.
Porphyrium Cesar tunc e regione sedentem
Pallidus ⁊ stomachum vultu confessus opaco
Alloquitur. Quid me inuito violenter ademptum
Corpus humas: Que relligio: que cura meorum
Prouidus: ardorem mentis ratione gubernat
Et placidis mulcet bacchantem vocibus iram
Porphyrius Nobis Cesar fore dedecus inquit
Immortale ratus si peruenisset ad aures
Urbis id infandum facinus quod percitus ira
Incomposqꝫ tui mandas. celandaqꝫ putaui
Corpora defuncte: ⁊ sceleris monumenta nefandi
Sed furor impatiens freni: mitescere nulla
Uoce potest. similisqꝫ Padi torrentibus vndis
Aestiuo cum sole niues saxosa gehenne
Precipitant iuga: si cursus occludere tentas
Obijce contortis crescunt spumantia terga
Uorticibus: semperqꝫ magis violenta superbit
Congeries. tumidaqꝫ premit retinacula mole.
Donec iter gurges agat indignatus apertum
Quid scelus excusas hominum turpissime Cesar
Inquit ⁊ ignaua regem grauitate lacessis
Omnia Thersite similis quid gurgite latras
Sardana paliaco? pallenti excanduit ore
Dux animo dextraqꝫ potens clareqꝫ superbus
Militie titulis: voluitqꝫ inuadere pectus
Cesaris: ⁊ capulum dextra complexus eburnum
Destitit. ardentem virtus compescuit iram
Atqꝫ ita suspirans fatur Quid fida tuorum
Pectora Maxenti verbis premis acribus? Et quid

¶ Carmina de beata Catharina

Leta procelloso turbas conuiuia vultu
Si tibi causa minus placuit recitata: fatebor
Altera causa subest potior: Sepelire iacentem
Relligio Christi dominam me iussit. & ipsos
Rhetoras ante dedi tumulo: Nam flumine viuo
Mequoq; si nescis lauit regnator olympi
Christus: & abiecto verum Joue numen adoro
Saucius incompos(q;) animi Maxentius ergo
Tu quoq; carminibus magicis subuerteris: inquit
Tu magicas artes tu cędem incendiaq; audes
Dux ait: infoelix sequere: & scelus omne reuolue
Jngluuiem nutri. duro rape viscera ferro
Sanguine tinge manus: innoxia membra trucida
Numina Maxenti iustissima. numina tantum
Sunt visura nefas. meritas dabis impie poenas
Expectante. Thybris aquę. calor iste sub vndis
Occidet: & tanq; Phęton temerarius axe
Pulsus ab excelso vastum rapieris in ęquor
Forsan & inuenies extinctę coniugis ora
Interea pinguem nutri delphinibus escam
Jra (scio) tua me morti iam destinat. vltro
Jbimus: & strictos caput extendemus ad enses
Jntrepidi. nobis nihil est in morte timendum
Christigenis: quibus est aliud post funera longe
Nobilius vitę genus immortalis olympo
Oppetere est iterum nasci. tormenta subire
Pro virtute pium. triplex contingit origo
Christigenis. vulgata prior: qua nascimur omnes
Semine concepti patrio: cum septima fętum
Luna peragrato vel nona peregerit orbe.

Altera sic natos terris per mystica transfert
Flumina. ⁊ ablutos genitrix ecclesia lacte
Nutrit ad ambrosię semper viuentis odorem.
Tercia cum suprema dies mortale resoluit
Corpus ⁊ in cineres opus hoc natura caducum
Traxit ad ęthereos orbes empyrea regna
Mittit vbi ⁊ reduces animos complectitur vlnis
Dulcibus ⁊ nitida coeli pater accipit aula
Ista fides lorica mihi est adamantina nullis
Peruia fortunę iaculis. dum talibus orat
Porphyrius tumido bilem sub pectore Cęsar
Rodit: ⁊ impatiens vultus obscurat herynnis
Et circumpositis stimulat precordia flammis
Dux animum, firmante deo nil territus atra
Fronte quid atroci dudum concepta venena
Corde premis: dixit. ne pars innoxia vitę
Ulla tuę dignum venia te reddere possit
Incipe rumpe moras. aperi crudelia tandem
Ora satellitibus diris mea funera manda
Membra iube lanianda feris in littore spargi
Defuncti careamus humo: careamus harena.
Corpora iactentur monstris laceranda marinis
Discite crudeli proceres seruire tyranno
Rege sub ingrato sub iniqui principis vmbra
Seruitijs emitur mors obscurissima longis
Rumpitur inflatum pectus: mentisq; superbę
Nec frenare potest nec dissimulare furorem
Cęsar: in extremis ardet iam faucibus ira
Non aliter q̃z cum sicco sub fomite dormit
Ignis ⁊ afflatu crebro excandescit ⁊ aura

Carmina de beata Catharina

Exilit: et tremulę rutilant per nubila flammę
Ferte citi procul hinc hominem: date vincula clamat
Cumq; suo totam domino iugulate cohortem
Quę ducis infecti traxit contagia: finem
Sacrilegis dabit ista dies. Per numina iuro
Per iouis ęternum imperium fulmenq; trisulcum
Ibitis ad lethen: stygiasq; videbitis vndas
Dux et tota cohors missis ad colla catenis
O funesta dies o lamentabile tempus
O furor o rabies o detestabile virus
O dolor o regum impietas o mortua virtus:
Ducitur: et longa properant ad funera pompa
Ventum erat ad littus. cum dux fortissimus ęgros
Alloquitur comites turbataq; pectora firmat.
O socij mecum terrę pelagiq; labores
Experti totiens: longiq; pericula passi
Militię. quid vos terret pręsentia mortis
Quę celerem cursu Zephyrum volucremq; sagittam
Vincit: vbi fortes animi generosaq; virtus
Cordaq; ad horrendos nunq; perterrita casus
Ponite tristiciam: rectos attollite vultus
Cernite perpetuo fulgentem lumine mundum
Aethereasq; domos. animis ea patria nostris
Et quid foeminea pauidę formidine frontes
Despiciunt terras: hodie veniemus in astra
Sic ait. et Christo sacrum pęana canentes
Accipiunt altos pronis ceruicibus enses
O mors clara virum vita pręstantior. olim
Noxia cum rapidę purgarint secula flammę
Membra memor vestri deus immortalia reddet

Interea gaudete bonis coelestibus inter
Spirituum coetus alacres: ⁊ sancta precati
Numina terrigenis Christi implorate fauorem.
Pectora trunca iacent: fusoq; rubescit harena
Sanguine. mactata est duplex hecatomba tonanti
Cum duce bis centum comites in littore cęsos
Christigene effossis moesti imposuere sepulchris
Et iam prona dies noc[illegible] cędebat. ⁊ vmbris:
Occiduo radians exc[illegible] lumine Calpem
Cum furijs Cęsar longis iam fessus ⁊ ira
Sic secum. Quę tanta istis constantia: quodnam
Robur inest animis tantum: quę pectora virtus
Inconcussa regit. quę spes: quę premia tanti
Morte quid expectant obita. Neq; credere dignum est
Sanctius his numen: quorum res publica pauper
Quam nostris qui regna [illegible]enent telluris ⁊ vndę
Illam ego numinibus gentem melioribus vti
Crediderim cuius terrena potentia maior
Nam si regna dei arbitrio terrena gubernant
Distribuuntq; suo. qui dant maiora putandi
Maiores. libyam Juno regna attica Pallas
Iliacam Phoebus Tarpeiam Juppiter arcem
Constituit. regnum regno ceu numine numen
Maius erat. sed christigenis nec regna nec vrbes
At fuerit satius tantos sedare tumultus
Vnius interitu. vel si mutabitur eius
Connubio. tantumq; decus seruare iugali
Foedere. ⁊ has tandem curas extinguere tędis
Saturni iam bruma dies ⁊ lęta reducit
Tempora: quę nobis patrio celeberrima ritu

¶ Carmina de beata Catharina

Jucundos hyberna sales ⁊ xenia poscunt
Ocia nocturnę poscunt conuiuia mensę
Expediam: tristis ne se inter gaudia luctus
Ingerat interea placidas mihi iuppiter vndas
Aequoris: ⁊ cursus dabit ad mea regna secundos
His dictis placet accito lictore puellam
Duci iterum e tenebris: iterum tentare loquendo
Virgineumqꝫ nouis periclis captare pudorem
Quam simul ac vidit sic est aggressus. Amiclas
Troius assultu subito expugnauit adulter.
At tua terdenis nondum est mollita diebus
Duricies. Ponti glacies hyrcanaqꝫ tandem
Frigora ⁊ arctoę vincuntur sole pruinę
Tu Getico sopita gelu vel gorgone visa
In silicem durata nequis mansuescere. Quercus
Orpheus. Amphion lapides. delphines Arion'
Mouit: ⁊ orphęos senserunt tartara cantus
Tu niue frigidior. tibi ferrea corda: sepulti
Usqꝫ adeo tibi sunt sensus hebetataqꝫ mentis
Lumina: vt albenti videare simillima saxo
Coniugis assyrię versoqꝫ quę in marmora vultu
Fluxit ⁊ ardentem spectat fugitiua Gomorram
Heu quidnam contra genium moremqꝫ iuuentę
Molliciemqꝫ tui sexus generisqꝫ superbi
Stemmata supercilio spernis regalia toruo
Imperia: ah demens: tu blandimenta minasqꝫ
Despicis. ⁊ surda perstas immobilis aurę:
Tu populo spolias vrbem: tu coniuge regem.
Militibusqꝫ ducem. duce Cyrenensia regna.
Et miseremur adhuc: ⁊ te seruare parati

Mitibus alloquitur verbis. Genus aspice quantum
Romanum pietate valet. Mitesce parumper.
Si seruire pudet. mecum regnabis habeto
Coniugis extinctę thalamos. Romana videbis
Moenia & incędes latiam regina per vrbem
Quod tua gentilis quondam Cleopatra tumultu
Ambijt actiaco tu Cęsare digna marito
Accipe largimur sine bello & sanguine regnum
Sic ait & cęco languet Maxentius igne
Illa velut dorsum medijs in fluctibus ingens
Vapulat assiduis & nunquam vincitur vndis
Desine plura: nefas iterum me nubere dixit
Nupsimus. inserto nuptam manus indicat auro
Et mihi nunc alacres nitidis conuiuia mensis
Virque sacerque parant: hodie subitura mariti
Limen & e tenebris claros aditura penates.
Nec sum dura. fidem seruo. Tu sanguine gaudes
Non ego. tu tanti sceleris durissimus auctor.
Hęc vbi dicta. videns atrox immota tyrannus
Pectora nec precibus flecti nec verbere frangi
Spe veneris posita: iubet a lictore necandam
Necropolim duci. pullo velata cucullo
Atque capistratis manibus de carceris antro
Truditur ambigua faciente crepuscula nocte
Aemonius Chiron media iam parte sub vmbras
Inerat: & lędę funestam pignora noctem
Aere voluebant piceo: niger hesperus ore
Pallidulo tristi. per coelum ascendere vultu
Visus ab aspectu sceleris noua luna nefandi
Cornua subtraxit: nubes teterrima clausit

¶ Carmina de beata Catharina

Aethereos ignes ⁊ conscia sidera morti
Audite halcyones grauibus lamenta querelis
Spargere per littus: męstosq; ad funera cantus:
Aedere. ⁊ ęquoreas volucres dare flebile carmen
Est locus ad boream pelagi porrectus ad vndas
Densa vbi syluestrem faciunt spineta recessum
Areaq; in medio. crebris ibi terra sepulchris
Surgit: ⁊ in tumulos fossę cumulantur harenę
Sacra cadaueribus tellus: polyandrion Hellas
Uoce vocat patria: nudis passim ossibus albet
Urticis vmbrosus ager grauibusq; cicutis
Et nigris ebuli baccis ⁊ olente Sabuco
Campus iners ⁊ sepiuagis domus apta colubris
Hos ingressa locos duros dum brachia lictor
Expedit inuertens manicas dumq; explicat ensem
Sanguineum virgo coelum suspexit ⁊ ignes
Aethereos. taliq; deum sermone precata est
O pater exiguas tanto pro munere grates
Soluimus: ingentes autem debere fatemur
Tu grauibus pręssam tenebris in clara vocasti
Lumina: tu manes tu das superare tyrannum
Et modo tam vario functam discrimine tandem
Ad palmam regnumq; vocas. Da numine dextro
Egressus animo faciles: reditusq; secundos
In patriam coeliq; domos. hanc accipe mentem
Et prolem ne sperne tuam de fauce reuulsam
Ditis: ⁊ oranti famulę tua limina pande:
Et si quando memor quisq; certauimus huius
Inplorabit opem. Pater exorabilis esto
Finierat subito cum vox audita per auras

Annuimus. secura veni. Tum poplite flexo
Et crucis explicita per pectus imagine lictor
Verberat orantem gladio. pro cęde cruenta
Lac niueum fluxit: tellus incanduit albo
Sanguine: lingua deum neruis delusa recisis
Personat: ⁊ moriens verba imperfecta reliquit
Cęsa solo iacet atq; in celum vita recessit
Affuit exemplo superum de sedibus agmen
Spirituum duplex: vnum quod corpore nudam
Suscipiat mentem. dulciq; ad sidera cantu
Transferat. exanimes aliud quod tolleret artus
Insolita noua luce dies in nocte refulsit:
Atq; repentinum subito cum lumine fulgur
Emicuit ceu cum frangit caua nubila fulmen
Cum grauis ardentem succendit Iulius ęstum
Euolat attonitus lictor: trepidiq; ministri
Corripuere fugam. Toto symphonia coelo
Spargitur ⁊ mixta vocum dulcedine carmen
Astra petit. sensumq; abiens discedit ab aure
Visaq; per coeli tractus ascendere nubes
Lucida persimilis soli lucentior astro
Luciferi: ⁊ claro rutilantem lumine caudam
Ducere. ⁊ ignifero ferri vltra sidera cursu
Et caput insertare polo. patuere tonantis
Atria curuatus lęto pater obuia cultu
Brachia diffundens. reduci dedit oscula natę
Et triplici claram radiauit sidera frontem
Altera spirituum legio collegit ab hortis
Balsama iudeis aloes myrrheęq; liquorem:
Ablutosq; vadis artus ⁊ odoribus vnctos

¶ Carmina de beata Catharina

Aereum per iter rubri trans equora ponti
In montes arabum summeq; cacumina Sine
Transtulit. & corpus pario clausere sepulchro
Quod superum fecere manus: O pobalsama semper
Marmor odoratum sudat: quibus egra iuuantur
Corpora: difficiles isto ceromate morbos
Indigene pellunt. sacros Alabastra liquores
Atq; salubres lachrymas oleiq; fluentis.
Accipiunt guttas. membris honor iste sepultis

¶ Finis.

¶ Francisci Cereti Parmensis Juris Pontificii Scholaris studiosissimi in Inuidum lectorem Carmen.

Quid de quid tantum iuuat excandescere lector
Et Rhodijs Linguax ponere sacra focis
Thersite similis sine sensu & mente loquenti
Cur iacis in Vatem verba Canina pium
Et merito sceleris tanti dabis improbe penas
Aedere scis grauius q̃ maledicta pati:
Liuide si nescis Superum Regina Poetam
Hunc fouet: & Costo nata parente Dea
In quarum Laudes quantum certauerit: arte
Pindarica fulgens testificatur opus:
Nulla erat (infandum facinus) reuerentia coelo:
Squalidus inculto numine Christus erat
Hic pius ad sedes hominem reuocauit olympi
Restituens nostro mystica Sacra deo
Protulit in lucem veterum monumenta parentum
Quicquid & a Christo lex noua nostra capit

Ergo tuos tandem mores dispone ferinos:
Et memori vatis pectore nomen habe:
Detur & Euripidis versum transferre sepulchro
Qui fuit Aemathio conditus ante solo.
Nulla. etate tua o vates monumenta peribunt
Fatidice Mantue: Virgiliiq; nepos.

¶ Secunde parthenices opus diuinum Impressum Dauentrie Per me Richardum paffrae d Anno dñi. M. CCCC C ij. Mensis Nouembris Secunda feria post Catharinam.·.

Fratris Baptiste Mantuani Carmelite carmen Buccolicum

Frater Baptista Mātuan⁹ Carmelita Paridi Ceresario Dicit Salutem.

a Ludio Pari enigma pplexū qd edipodes ipe nō solueret Ego quinq̄genari⁹ ⁊ iā canescēs adoscentiam meā repperi. ⁊ habeo adolescētiam sil' ⁊ senectā Sed ne longa ambage te teneā. nodū hūc dissoluo Anno p̄terito ⁊ cū florētia rediēs Bononiā puenissē; ītellexi apud quēdā lrārū virꝝ eē quēdā libellū meū quē oli aū religionē dū ī gymnasio paduano philosophari īciperē ludēs excuderā ⁊ ab illa etate adolescētiā vocauerā Carmē ē bucolicū in octo Aeglogas diuisū qd iā diu tāq̄ƺ abortm̄ putabā abolitum Ubi id resciui saturnia fame repēte sū pcit⁹ ⁊ cogitaui q̄ nā pacto possē pli mee īferre pniciē Juuātib⁹ q̄ amicis libellū mihi vēdicaui vt pderē quē suspicabar erratis nō posse nō scatere At vbi ītellexi ⁊ alia q̄dā exēplaria supesse visū est p̄stare hoc qd vēdicarā emēdaē emēdatūq̄ƺ edere vt ei⁹ editiōe cetera q̄ cōtinēt multa nimis iuuenilia deleantur Hoc igitur sic castigatū duabus alijs eglogis quas in religione lusi in calce subiūctis tibi o Pari iuuenis antiq̄ nobilitatis ⁊ studiorū ac omniū bonaꝝ artium amantissime nostreq̄ƺ vrbis decus egregium libentissime dono vt quando tetricis illis philosophie ac theoligie lucubrationib⁹ q̄b⁹ assidue vacas fatigat⁹ fueris. habeas iucūdulam hāc lectiūculam qua tanq̄ƺ ludo q̄dam blādulo sed liberali lassum legendo reparet ingenium Omnes autem penes quos immatura illa sunt exemplaria q̄ dixi: rogatos volo. vt si quid vnquam fuit eis dulce meum confestī exueāt nec vllo pacto supesse permittant. Accipe ergo Pari suauissime libellum ⁊ auctorem. ⁊ ambob⁹ tamquā rebus tuis tuo deinceps vtaris arbitrio Uale. Calendis Decembris M: CCCCC. ij.

Finis Epistole.

¶ Fratris Baptiste Mantuani Carmelite Theologi adolescentia in Aeglogas diuisa ad Paridem ceresarium.

Aegloga prima de honesto Amore et foelici exitu Colloquutores Faustus et Fortunatus.

¶ Nomen Aegloge Faustus.

Fort. Fauste pcor gelida qm̃ pecus om̃e sub vmbra
Ruminat. atiquos paulũ recitem⁹ amores
Ne si forte sopor nos occupet. vlla ferarum
Que modo per segetes tacite insidiantur adultas
Seuiat in pecudes. melior vigilantia somno

Fau. Hic locus. hec eadem sub qua requiescimus arbor
Scit quibus ingemui curis. quibus ignibus arsi
Ante duos. vel (ni memini male) quattuor annos
Sed tibi quando vacat. quando est iucunda relatu
Historiam prima repetens ab origine pandam
Hic ego dum sequerer primis armenta sub annis
Ueste solo strata sedi. iacuiq; supinus
Cum gemitu ⁊ lachrymis mea tristia fata reuoluens
Nulla quies mihi dulcis erat. nullus labor egro
Pectore sensus iners. ⁊ mens torpore sepulta
Et stomachus languentis erat. quem nulla ciborũ
Blandimenta mouent. quem nulla inuitat orexis
Carminis occiderat studium. iam nulla sonabat
Fistula disparibus calamis. odiosus ⁊ arcus.
Funda odiosa. canes odiosi. odiosa volucrum
Preda nucum calyces cultro enucleare molestum
Texere fiscellam iunco. vel vimine piscem
Fallere. scrutari nidos. certare palestra

Sortiri digitis res iniucunda. voluptas
Magna prius tanti dum mens erat inscia morbi
Colligere agrestes vuas ⁊ fraga perosus
Querebam vt pastu rediens philomena. cibumqꝫ
Ore ferens natis. vacuo sua pignora nido
Cum sublata videt. rostro cadit esca remisso
Cor stupet. ⁊ contra nidos super arboris alte
Fronde sedet plorans infoelices hymenęos
Seu veluti ammisso partu formosa iuuenca
Quę postq̄ꝫ latos altis mugitibus agros
Compleuit. residens pallenti sola sub vmbra
Gramina non carpit. nec fluminis attrahit vndam
Sed quid circuitu pario tibi toedia longo
Dum sequor ambages. ⁊ verba ⁊ tempora perdo
Summa hęc. vitales auras inuitus agebam
Quod si forte volens cognoscere singula. dicas
Fauste quis in syrtes auster te impegerat istas
Me mea. verum etenim tibi fortunate fatebor
Me mea galla suo sic circumuenerat ore
Ut captam pedicis circundat aranea muscam
Namqꝫ erat ore rubens. ⁊ pleno turgida vultu.
Et q̄uis oculo pene esset inutilis vno
Cum tamen illius faciem mirabar ⁊ annos
Dicebam triuię formam nihil esse diane
Ludit amor sensus. oculos prestingit. ⁊ aufert — Fort.
Libertatem animi. ⁊ mira nos fascinat arte
Credo aliquis demon subiens precordia. flammam
Concitet. ⁊ raptam tollat de cardine mentem
Nec deus vt perhibent. amor est. sed amaror ⁊ error
Adde quod optatis nec spes erat vlla potiri — Fau.

Quamuis illa meo miserata faueret amori
Monstraretq; suos oculis ac nutibus ignes
Nam quocunq; esset. semper comes aspera. semper
Nupta sequebatur soror. ⁊ durissima mater.
Sicq; repugnabant votis contraria vota.
Non secus ac muri catus. ille inuadere pernam
Nititur. hic rimas oculis obseruat acutis.
Fort. Qui satur est pleno laudat ieiunia ventre
Et quem nulla premit. sitis est sitientibus asper
Fau. Tempus erat curua segetes incidere falce
Et late albebant flauentibus hordea culmis.
Affuit(vt mos est(natis comitata duabus
Collectura parens que preterit hordea messor
Ignorabat enim vel dissimulabat amorem
Dissimulasse puto. quoniam data munera nate
Mouert exiguum leporem geminasq; palumbes
For. Pauperies inimica bonis est moribus omne
Labitur in vicium. culpe scelerumq; ministra est
Fau. Farra legens ibat mea per vestigia virgo
Nuda pedem. distincta sinum. spoliata lacertos
Ut decet estatem. que solibus ardet iniquis.
Tecta caput fronde intorta quia sole perusta
Fusca fit. ⁊ voto facies non seruit amantum.
Jam tergo vicina meo letariq; propinqua
Sponte mea delapsa manu frumenta legebat.
Nec celare suas nec vincere femina curas
Nec differre potest. tantum leuitatis in illa est.
Fort. Quisquis amat leuis est nec femina sola sed ipsi
Quos sapere ⁊ prestare alijs mortalibus aiunt.
Quos operit latus fulgenti murice clauus

Quos vidi elatos regali incedere passu
Tu quoqꝫ sic affectus eras dementior illa
Forsitan ꝛ levior. virgo data farra legebat:
At tu farra dabas. dic quę dementia maior
Perge: opus est verbis aliquando arcere soporem
Continuo aspiciens egre tulit aspera mater Fau.
Et clamans quo dixit abis? cur deseris agmen
Galla veni. namqꝫ hic alnos prope mitior vmbra
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura
O invisa meis vox auribus: ire precabar
Ite malam venti celeres dispergite vocem.
Si quis pastor oves ad pinguia pascua ducat.
Et vetet ad ductas presens decerpere gramen
Vel si iam pastas potum compellat ad amnem
Et sitibundo ori salientem deneget vndam
Nonne importunus? naturę inimicus. ꝛ excors?
Illa mihi vox visa iovis violentior ira
Cum tonat. ꝛ pluuius terris irascitur aer
Non potui ꝛ volui frontem non flectere. virgo
Demissi in cilium de sub velaminis ora
Me aspiciens motis blande subrisit ocellis.
Id cernens iterum natam vocat improba mater
Galla operi magis intendens audire recusat
Vt pede sic animo sequitur, tum prouidus ipse
Namqꝫ dolos inspirat amor fraudesqꝫ ministrat
Nunc cantu nunc sollicitans clamore metentes
Velamenta dabam sceleri. quo credere possent
Et soror ꝛ mater non audiuisse puellam
Falce repellebam sentes. ne crura sequentis
Levia. ne teneras ausint offendere plantas

Fortu. Quisquis amat seruit. sequitur captiuus amantem
Fert domita ceruice iugum. fert verbera tergo
Dulcia: fert stimulos trahit & bouis instar aratrum

Fau. Tu quoqꝫ vt hinc video non es ignarus amorum

Fort. Id commune malum semel insaniuimus omnes

Fau. Hoc animi. tam triste bonum tam dulce venenum
Quottidie crudele magis crescebat in horas
Ut color in nonam dum lux attollitur horam
Pallebam attonito similis. Limphaticus. amens
Immemor. insomnis. nec erat res ardua morbi
Nosse genus. frons est animi mutabilis index
Ut pater aduertit. mitem se prebuit vltra
Consuetum quem & ipse suos expertus. amorum
Sciret onus. blandoqꝫ loquens humaniter ore
Dic inquit dic fauste. quid hoc quod pectore voluis:
Infoelix puer hec facies testatur amorem
Dic mihi. ne pudeat curas aperire parenti.

Fort. Sic licet in natos facies austera parentum
Aequa tamen semper mens est & amica voluntas

Fau. Ut facilem pater affectum pre se tulit vltro
Rem confessus. opem petij. promisit. & ante
Quam brumale gelu borealibus arua pruinis
Spargeret. agnati vnanimes cum patre puellam
Despondere mihi. nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar. eram medio sitibundus in amne
Tantalus. o quotiens (misso cum bobus aratro)
Ut vacuis aliquando esset sola hedibus ibam
Omnia causabar. stiuam. dentale. iugumqꝫ
Lora iugi. rullam. deerant quecunqꝫ petebam
E soceri lare. sola tamen deerat mihi virgo

Carmina Buccolica Mantuani.

Non deeram mihi. piscator. venator. ⁊ auceps
Factus eram. ⁊ solers studia intermissa resumpsi
Quicquid erat prede: quicquid fortuna tulisset
Ad soceros ibat. gener officiosus habebat
Nocte semel media subeuntem limina furtim
(Sic etenim pactus fueram cum virgine) furem
Esse rati inuasere canes. ego protinus altam
Transiliens sepem. vix ora latrantia fugi
His tandem studijs hyemem transegimus illam
Uer rediit iam sylua viret. iam vinea frondet
Iam spicata ceres. iam cogitat hordea messor:
Splendidulis iam nocte volant lampyrides alis.
Ecce dies genialis adest. mihi ducitur uxor
Sed quid opus multis: nox expectata duobus
Uenit ⁊ in portum vento ratis acta secunda est.
Tum bono mactato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis
Affuit enophilus. multoq; solutus biaccho
Tempestiua dedit toti spectacula vico.
Et cum multifori tonius: cui tibia buxo
Tandem post epulas ⁊ pocula. multicolorem
Uentriculum sumpsit buccasq; inflare rubentes
Incipiens oculos aperit. cilijsq; leuatis
Multociens altis flatu a pulmonibus hausto
Utrem implet. cubito vocem dat tibia presso
Nunc huc nunc illuc digito saliente vocauit
Piguibus a mensis iuuenes ad compita cantu
Saltidico dulciq; diem certamine clausit
Et iam tres hyemes abiere. ⁊ proximat estas
Quarta dies rapidis. si qua est bona preterit horis.

Si qua placent abeunt inimica tenacius herent

Fort. Fauste viden: vicina pecus vineta subintrat
Jam (ne forte graui multa taxemur) eundum est

Finis

Aegloga Secunda que dicitur fortunatus de amoris insania Colloquutores Faustus et Fortunatus

Fau. C ur tam serus ades: qd te iam (septima lux e)
Detinuit gregibus ne nocent hec pascua vris

Fort. Fauste padus nostros qui preterlabitur agros
Creuerat. et tumidis ripas equauerat vndis
Nos cura gregis ommissa priuata coegit
Publicaqz vtilitas ripam munire diurnis
Nocturnisqz operis: fluuiumqz arcere furentem

Fau. Fert padus exundans mala sepius omnia noster
Tityrus est autor. qui pascua dixit & arua

Fort. Forsitan id verum. quando extra tempora. & vltra
Mensuram atqz modum subito concreuerit estu
Nunc autem id poscit tempus. nam liquitur altis
Nix hyberna iugis. implent caua flumina montes

Fau. Se exonerant. fluuiosqz onerant. sic flumina rursum
Se exonerant. pelagusqz onerant. hoim quoqz mos e
Que nos cunqz premunt. alieno imponere tergo

Fort. Sed iam contractum reuocat suus alueus amnem

Fau. Decrescente pado (dictu mirabile) noster
Fortunate lacus maioribus estuat vndis
Urbs natat. obscure fiunt cellaria fosse

Lyntre cados adeunt labens ad vina minister
Ridet. et ex imis fertur grauis obba lacunis
Multa (licet nati fuerint melioribus horis)
Multa et magna ferunt aliquando incommoda secum: Fort.
Commoditas omnis sua fert incommoda secum
Et sorti appendix est ille tabilis omni
Hactenus eridanus. nostros repetamus amores Fau.
Quandoquidem nunc alma venus mouet oia coelum
Luce tepet nitida. tellus viret. arua volucres
Cantibus exhilarant vernis. nunc omnia fetant Fortu.
Tu tua lusisti. sed nos aliena sequamur
Namque tibi noti referam pastoris amores
Ut doceam veneris nihil esse potentius igne
Pauper et infesto sub sydere natus Amyntas
Sex vitulos totidemque pares etate iuuencas
Armentique patrem ducens in pascua taurum
Venerat ad coitum: nitidis vbi mintius vndis
Alluit herbosos fugiens perniciter agros
Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
Est coitus. campo moles fundata palustri.
Hic igitur recubans vitrei prope fluminis vndam
Vitis vbi amplectens longis dumeta lacertis
In vada curuata ripe supereminet vmbra
Piscibus insidias tendebat arundine et hamo
Messis erat. solis rapidi violentia campos
Sciderat arentes. finem philomena canendi.
Fecerat. et neque lux passim morientibus herbis
Pascere oues poterat. neque nox humore cicadas
Dumque incumbit aquis. studioque intendit inani.
Taurus vt auditum est. primum vexatus ab estro

Mox canibus. demum furaci a milite syluis
Abditus ex toto confestim euanuit agro.
Quod puer vt nouit tumulum conscendit: ꝛ alta
Uoce bouem clamans longo rura omnia visu
Prospicit: vt frustra niti se comperit arcum
Corripit ꝛ pharetram. sequiturq; per inuia taurum:
Illum per caulas ꝛ per stabula omnia querens
Per colles benace tuos. per consita oliuis
Jugera per virides ficis ꝛ vitibus agros
Uenerat ad sublime iugum. quod sulfuris arcem
Sustinet ꝛ longis aperit prospectibus: illinc
Benacum hinc campos longe lateq; patentes
Lux ea sacra fuit petro frondente sub vlmo
Mixta erat ex omni pubes post prandia vicor
Ducebatq; leues buxo resonante coreas.

Fau. Rustica gens nulla genus arte domabile. semper
Irrequietum animal gaudet sudore peracto
Mane sacro festa (quando omnibus ocia (luce
Ipsa ocij ac famis impatiens epulatur ꝛ implet
Ingluuiem. audito properat tibicine ad vlmum
Hic furit hic saltu fertur bouis instar ad auras.
Quam rastris versare nefas. ꝛ vomere terram
Calcibus obduris: ꝛ inerti mole fatigat.
Ac ferit ꝛ tota baccho facit orgia luce
Uociferans: ridens. saliens. ꝛ pocula siccans

Fort. Stulte quid hec faris. solatia rustica damnas
Rusticus ipse: tuis malus es. tibi pessimus ipsi.

Fau. Dicta ioco fuerint nostrum repetamus amyntam

Fort. Continuit gressum baculoq; innixus aceruo
Intermisit iter donec mitesceret estus

Carmina Buccolica Mantuani.

Ah puer infoelix estus te maior in vmbra
Corripiet nudam videas ne in fonte dianam
Claude oculos blandis neu des sirenibus aurem
Sors tua narcisso similis. narcissus in vndis
Dum sedare sitim properat. sitit amplius at tu
Exteriorem estum fugiens intrinsecus ardens
Quam melius fuerat nisi te sic fata tulissent.
Ad reliquum rediisse pecus seruasse iuuencas
Ammissi bouis equo animo dispendia ferre.
Quam dum conaris nil perdere perdere teipsum
Sed post iacturam quia non sapit: vtile non est
Consilium post facta dari quod oportuit ante
Consilium post facta imber post tempora frugum
Vna puellares inter pulcherrima turmas
Virgo erat alba comas aliis procerior annos
Nata quater quinos vel circiter ore nitenti
Vrbanis certare potens et vincere nymphis
Auriolis radians guttis ad tempora limbus
Ibat et ad pectus clausum velamen abeno
Clauiculo mediam fulgenti fibula ferro
Stringit in augustum noua candicat instita lapsu
Linea rugoso: pedibus allabitur imis
Hanc puer vt vidit periit flammasque tuendo
Hausit et in pectus coecos absorbuit ignes.
Ignes qui nec aquis perimi potuere nec vmbris
Diminui neque graminibus magicisue susurris.
Oblitus greges et damna domestica totus
Vritur et noctes in luctum expendit amaras.
Sepe grauescentem verbis compescere flammam
Nixus et insanum iuuenis cohibere furorem

Fau:

Fortu.

Dicebam. miserande puer quis te deus istas
Misit in ambages. sed non deus: immo satanum
Pessimus. ex illis quos noctibus atqꝫ diebus
Ter tribus in terras fama est ex ethere lapsos
Dic age si nosti quemquam. reminiscere. si quem
Videris. hoc pacto ditescere. surgere in altum
Dilatare domum. maioribus horrea aceruis
Complere his studijs. extendere latius agros
Multiplicare greges. acquirere pascua bobus
Inter tot populos. quod habet latissima tellus
Sunt qui nostra ferant mensis epulanda cruentis
Corpora. ⁊ humanos absumant dentibus artus
Sunt inqꝫ quos tanta malis tot vexet herinnis
Sed nullũ est tam immane genus. tam barbara nusqꝫ
Gens. quę femineos non execretur amores
Hinc veniunt rixe. veniunt ⁊ iurgia. ⁊ arma
Sepe etiam dire multo cum sanguine mortes
Hinc quoqꝫ deletis euerse menibus vrbes
Ipse etiam leges rubrisqꝫ volumina loris
Clausa vetant scelus hoc. ⁊ detestamur amores.
Vt leges audiuit. ad hęc respondit Amyntas
(Ciuis enim fuerat puer. ⁊ versatus in vrbe)
His monitis prudens ⁊ circumspectus haberi
Niteris. ⁊ sensu terricos anteire Catones
Error hic. hęc passim sapiens dementia regnat
Ipse sibi blanditur homo. solersqꝫ putari
Vult animal. tamen incautus sibi multa tetendit
Retia. ⁊ in foueam cecidit. quam fecerat. ante
Liber erat Seruile iugum sibi condidit ipse
Pondus id est legum (vidi ipse volumina) quas nec

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Antiqui potuere patres. nec possumus ipsi
Nec seruare etas poterit ventura nepotum
Aspice q̄ stulta est hominum prudentia. coelum
Sperat. ⁊ esse sibi sedem inter sydera credit
Forsitan in volucrem moriens transibit. ⁊ altum
Spiritus assumptis tranabit ad ethra pennis
Tunc ego quid latras: legum deus autor: ⁊ ipsis
Non parere. sapit magnam nimis impietatem
Grandia de magnis hec sunt certamina rebus — Fau.
Quid fuerim reris: q̄uis pannosus ⁊ asper — Fort.
Sim modo. tunc animo. tunc vi. tunc ora valebant
Nec mihi sese alius poterat componere pastor.
Hunc quoq; si rectus vultu gradiare supino — Fau.
Alter eris marius: raso ore videbere carbo.
Talia respondit sic obiurgatur Amyntas. — Fort.
Facto homini deus inuidit. concessa voluptas
Visa bonum nimis excellens. ⁊ vota repressit
Legibus inuentis. vt qui ligat ora capistro
Ne quocunq; libet flectat vestigia. sessor
Que mea sit me cogit amor. sententia fari
Liberaq; ora facit qui non communicat vsum
Coniugis. inuidus est liuorem excusat honestas.
Introducta vsu longi liuoris iniquo
Nam dum quisq; sibi retinet sua gaudia. nec vult
Publica. communis mos ac longeuus honestas
Factus. ⁊ hunc morem fecit dementia legem
Inuida res amor est. res inuidiosa voluptas
Tunc ego non audens hominem contendere contra
Amplius. insano rediens ab amante recessi
Cernis vt hic malus affectus sic lumina mentis — Fau.

Claudat in errores vt sponte feramur apertos
Fort. Cernis vt a summo iluentia nubila baldo
Se agglomerent oritur grando ne forte vagantes
Tempestas reprehendat oues discedere tempus

¶ Finis:

¶ Aegloga tercia que dicitur Aminthas de insani amoris exitu ĩfoelici Colloquutores Faust⁹ ꝛ Fortũat⁹

Fau. i Lla hersterna ruens baldi de vertice grando
Fortunate fuit nobis innoxia diuis
Gratia nostrarum quibus est custodia frugum
Sed veluti ex illis veniens ait herculus oris.
Veronensem agrum pecudes ꝛ ouilia sic est
Demolita casas ꝛ pastoralia tecta
Sic euertit vt agricolis spes nulla supersit
Agricolis etenim pecus est substantia ꝛ arua
His subiecta. malis grandi thesaurus in arca
Fort. Ciuibus est. quem nulla queat contundere grando.
Nulla pruina gelu nullum mille aeris ire
Nescio quis ventos tempestatesq̃ gubernat
Id scio. sed neq̃ si scio. sat scio. sed tamen ausim
Dicere quid: vitane ideo multabor in ipsa
Numina si vt perhibent orbem moderantur ab alto
Extimo nil duros hominum curare labores
Aspice quo tenuem victum sudore paramus
Quot mala pro grege: pro natis. pro coniuge pastor
Fert miser infestis estate caloribus ardet
Frigoribus riget hybernis. dormimus ad imbrem

Cotibus in duris. vel humi: cogita mille
Mille premunt morbi pecudes. discrimina mille
Sollicitant latro insidias intentat ouili
Atqꝫ lupus. milesqꝫ lupo furatior omni.
Ut manus assiduo detrita incalluit usu
Squalluit os. barba obriguit. cutis arruit estu
Una repentino rapit omnia turbine grando
Hoc superi faciunt: quibus inclinamur ad aras
Et quibus offerimus faculas. ⁊ cerea vota
Nescio que pietas ⁊ que clementia tantis
Cladibus inuoluat pastores omnium egenos
Fortunate. scelus nobis hęc omnia nostrum — Fau.
Ingerit. etherei sententia iudicis ęqua est
Quod scelus. an fuimus christi vitę insidiati — Fort.
Jurgia. furta. ire. venus. ⁊ mendacia. rixe — Fau.
Quid meruere boni: nec enim scelus obruit omnes — Fort.
Et tamen vna omnes pariter pessundat erinnys
Heu nescis male de superis sentire nefandum? — Fau.
His igitur que scire nefas. nescire necesse est
Posthabitis. curas iterum repetamus amynte
Quas sumus experti. quas ignorare negatum est
Res vulgaris amor. studium commune iuuente
Meror ⁊ affectus alij de cardine mentem — Fort.
Sepe leuant. animo sermo venit eger ab egro
Intellecta licet pro re pro tempore fari — Fau.
Sic habitus cosmas sapiens. incognita nunq̄
Fauste sapis. notos igitur repetamus amores — Fort.
Restat amynteos postrema in fata furores
Ducere. ⁊ in misero lacrymas impendere casu
Preteriens illac paruo post tempore rursum

Insanire hominem video. et miseratus amantem
O iterum dixi mens inconsulta. veneno
Ebria fatali. populo iam fabula factus
Non resipiscis adhuc. et adhuc in amore sepultus
Te ruis atque tuos. pecus atque mapalia tecum
Ut quondam moriens rapuit secum omnia sanson
Cum senio curuatus eris. si forte senectam
Fata tibi dederint. quis sustentabit inertem
Somnolentum. inopem. cum iam defecerit omne
Robur. et ingenium. sensusque recesserit omnis
Hec tibi cuncta feret. nisi mors peruenerit. etas
Esto domi; vigila. obserua. super omnia semper
Prospice quo tendas. et quo venisse dolendum est
Ire caue. discerne vias. hominemque memento
Non ad delicias. non ad muliebria natum
Blandimenta. leui tam perniciosa iuuente
Ipse ego cui pecudes. cui lac. cui caseus. egre
Vitam ago. tanta agros omnes inuasit egestas
Tot duri rerum euentus: incommoda passim
Tanta. tot aduersis totus conuoluitur orbis
Accipe rem non auditam non tempore factam
Preterito. sed quam lux hec mihi protulit ipsi
Ut mos. autumno pecudes crescente rotundi
Mane foro exposui lane venalia pondo
Sexaginta hodie. grande es conflare putabam
Vix vitam gregis eduxi. vix pabula possum
Mercari hybernis niuibus. quo cetera pacto
Sit victura domus. nondum mihi constat Amynta.
Quisquis amat. domine munuscula mittat oportet
Tu vero cui vix tectum fortuna reliquit

Sub quo luce habitat sub quo pernoctat egestas
Quid poteris cupide gratum donare puelle
Mittere mala decem satis esse solebat amanti
Purpurei flores. & raptus ab arbore nidus
Gramen odoriferum. memini quo tempore magne
Credebantur opes. ventum est a gramine ad aurum
Regia res amor est hac tempestate recessit
Mos vetus. & quedam mala lex inoleuit amandi.
Talia suadenti turno mihi retulit ore
Si cupis optatam mihi fortunate salutem
Da quod amo. nostro hec vna est medicina dolori
Cetera que memoras mihi sunt tormenta: reuelli
Ex animo furor iste nequit. mea pectora imago
Virginis obsedit. mecum est. mecum itque reditque
Excubat. & dormit mecum. caput. ossa. medulas.
Cor complexa potest cum sola excedere vita
Ac veluti quotiens aliena ex arbore secto
Surculus inseritur trunco. natura duorum
Jungitur & mixto coalescit corpore virga
Sic domine dilecta mihi se immersit imago
Et fecit duo corda vnum. duo traxit in vnum
Pectora: sensus inest nobis & spiritus idem
O me foelicem. si cum mea facta vocabunt.
In gremio. dulcique sinu nineisque lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret.
Illa sua nobis morientia lumina dextra
Clauderet. & tristi fleret mea funera voce
Siue ad foelices vadam post funera campos
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad vndam.
Nec sine te foelix ero. nec tecum miser vnque

O dryades. florumq; dee nympheq; decentes
O nemorum syluane pater. seruate precamur
Collibus in vestris gelidisq; in vallibus omne
Syluarum rurisq; decus. circundate saltus
Sepibus. & prohibete pecus. & floribus obsit
Ista precor domine seruate in funera nostre
Tunc omnis spargatur humus. redolentia serta
Texite. que circa tumulum supraq; iacentem
Componantur heram. tristes ad busta puelle
Pierides aderunt. & lamentabile carmen
Ore canent madido. signataq; verba relinquent
Ista sepulture relegenda nepotibus olim
Hic tegitur virgo. cui nil quin diua vocari
Debuerit. deerat. nisi dura fuisset amanti.
O virgo si te tantus consumeret ardor
Per centum scyllas ad te. per mille charibdes
Tranarem laturus opem. tu seuior hydra
Me fugis. at culpe nihil est in virgine. nam me
Nescit adhuc si sciret enim succurreret vltro
Nec puto sub miti tam ferrea pectora vultu
Signa tamen vultus fallacia. sub cute molli
Mens fera. sub blanda sunt corda immania fronte
Alloquar. & faciam nostros intelligat ignes
Si tamen illa meos vultus auerterit ibunt
In lachrymas oculi. triste in suspiria pectus
Oderit illa licet semper. fugiatq; sequentem
Ista tamen quocunq; ferat. me cura sequetur
Ite procul medice. non sum sanabilis. artes
Ite procul magico qui (quod nec credere dignum est)
Carmine pallentes animas reuocatis ab orco

¶ Carmina Buccolica Mantuani.

Ite procul nauis precibus qui flectere diuos
Creditis. aduersum est. & inexorabile coelum
Me rapit impatiens furor. & iuuat ire per altos
Soliuagum montes. per lustra ignota ferarum.
Talia iactantem verbis canabar amicis
Flectere. sed vulnus nihil insanabile curat
Illum per campos nox intempesta silentes
Illum exorta dies inter dumenta videbat
In somnem semper. raro syluestria poma
Carpentem. & potu contentum simplicis vnde
Post longos gemitus exhaustaq; lumina fletu
Assiduo. post lamenta & conuulsa frequenti
Pectora singultu moriens finiuit amores
Exanimum corpus tumuli sine honore relictum
Nocturne absumpsere fere. volucresq; diurne
Heu funesta lues. fatalis machina passim — Fau.
Corda venenatis penetrans humana sagittis
Equiparans hominem pecudi. quę pocula circe
Quę peiora vnq; potuit dare philtra calipso
Quę stix. quis phlegeton grauior? quę maior erinnys
O stulti quicunq; reum dixistis amorem
Num natura nocens deus est? vbicunq; locorum
Sit deus. est homini clemens innoxius ęquus
Heu miserande puer tenera sublate iuuenta — Fortu.
Quę tibi nascenti luxerunt sydera? quę tam
Noxia pars coeli est. vt te nil tale merentem
Leserit: & primis infortunarit ab annis
Hęc tamen omnino coelum tibi defuit. omne
Carmen. & argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras. nisi te mors immatura tulisset

Dignus eras hederis. dignus parnasi de lauro
Nec melius cecinit pugnas ac tristia bella
Hordea ꝛ agrorum cultus ꝛ pascua noster
Tityrus a magno tantum dilectus Alexi
Nanqȝ tui precox animi solertia nobis
Cognita iampridem magnam producere frugem
Ceperat ꝛ specimen tuleras virtutis ꝛ artis
Non vulgare tue. poteras iam gloria dici
Ruris. ꝛ ętatis decus indelebile nostre.
Te padus ꝛ noster lugubri mintius ore
Cum nymphis fleuere suis. vt thracius hebrus
Orphea. te tristes ouium fleuere magistri
Ut daphnim luxisse ferunt. te pascua ꝛ agri
Undiqȝ. ꝛ audita est totis querimonia campis
Spargite pastores tumulum redolentibus herbis
Atqȝ sacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite. ꝛ eternam requiem cantate poete

Fau. Tu tamen arua tenes patrie melioris. ꝛ altum
Incolis elysium. nos hic te flemus Amynta

Fort. Flendum hodie nobis fuerat. nam tristia nocte
Nescio quę mestis cernebam insomnia formis
Sed iam vesper adest. ꝛ sol se in nube recondens
Dum cadit agricolis vicinos nunciat imbres
Cogere ꝛ ad caulas pecudes conuertere tempus

¶ Finis

¶ Aegloga quarta quę dicitur Alphus de natura mulierum. Colloquutores Alphus ꝛ Janus

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Alphus

c Ane caper (video) macer est tuus. esse solebat
Acer: & elatis in celum cornibus ire.
Nunc deiectus humi flacis piger auribus herbam
Olfacit. & summis attingit gramina labris
Languet & ex isto languore facetia surgit — Ian.
Que quotiens memini risum ciet: edita nondum est
Edita cum fuerit. totus mirabitur orbis..
Iane soles narrare sales lepidissime. & ore — Alphus
Suauiloquo dic ergo tuus cur langueat hircus
Res nō ficta. deus testis. sed facta recenter. — Ian.
At dulce id facinus non est narrabile gratis.
Quid precij sperare licet: que dona reporto
Iane vbi congessit nidos philomena docebo: — Alphus
Qui leuiter spondet. promisso eludit inani — Ian.
Qui non credit inops fidei: sed pignore tutum — Alphus
Te faciam duo tela mea deprome pharetra
Incipiam. Nymphe parua fides ora mouete. — Ian.
Et memorate mei dira infortunia capri
Ac philomeneos alpho concedite nidos
¶ Conductus mercede puer prefectus ouili
Assidue pascebat oues. caprum. atque capellas
Seruicium nobis pueri fuit vtile donec
Virgine conspecta que tum huc veniebat aquatum
Tabuit ex illo vecors iam tempore factus
Frigidius curare gregem contemnere caulas
Cepit & exhausto subuertere cuncta cerebro
Cum sopitus erat poterat vigil esse videri.
Nugabatur enim. quando vigilabat inerti
Corporis officio. volebat somnia mente
Hunc ergo in saltu ludens per cornua caprum

Viminibus validis inter dumenta ligarat
Quarta dies hodie tentas an vincula possit
Vincere ceruice ac predure robore frontis.
Quesitum interea nidos nemus omne pererrat
Corda subit virgo. dilecto recogitat ora
Ora. sinus. & que fari pudor omnia voluit
Lux fugit interea capri redit immemor alta
Nocte recordatus surgit pauidusqꝫ per vmbras
Dum graditur ruit in foueam que fronde saligna
Captandis obducta feris & stramine sicco
Instar erat putei fundo irremeabilis alto
Est caper in vinclis puer est in carcere pastor
Nullus oues curat iam tercia luxerat hora
Miror oues resero ac numero caprumqꝫ requirens
Obstupeo puerum clamo magalia lustro
Vera loquar magicis ne forte liquoribus vnctus
Extimui ascenso migrasset in aera capro
Nanqꝫ striges tali fama est ope nocte vagantes
Ad quedam longinqua procul conuiuia ferri
Attonitus tandem pecudes ad pascua duco
Dumqꝫ pedū meditans subeo nemus ecce ꝑ vmbras
Ecce procul caper in dumis strepit. atqꝫ reluctans
Cornibus aduersis contra sua vincula pugnat
Terruit incautum subito feralis imago.
Et nil tale ratum. firmato pectore tandem
Nosco animal. subiensqꝫ rubos seco vincula runca
Sero domum rediens video per pascua longe
Turbam exultantem risu iuueniliter alto.
Vt prope constitimus meqꝫ agnouere salutant.
Et tuus ecce aiunt puer hic o iane luporum

Erutus' e foueis. dum nocte perambulat agros
Incidit in casses ⁊ sic inuentus vterqꝫ
Et caper ⁊ pastor. caper hec incomoda passus
Languet adhuc. puer inprudens in sanior hirco est
Uirgo superbiuit mox vt se audiuit amari.
Et pueri simulans curam ignorare pudorem
Fingit vt ad formam faciat pudor: ora sinumqꝫ
Ornat ⁊ in terram versis incedit ocellis
Callida vulpina rem simplicitate gubernat
Hec studia: hi casses. hec sunt mulieribus arma
Ille sua sperans galathea aliquando potiri
Contempta mercede suos sectatur amores
Propterea plaustro stiua bobusqꝫ relictis
Ad pastoris opus redeo: subiecta furori
Ista iuuentutis leuitas rura omnia vexat.
Quod necuit ingenium casus facit o stupor o sors. — Alphus
Ingeniosa o res risu celebranda bimestri.
Jane fide seruanda. tibi philomena laborat
Sed quod tam vafro memoras de virginis astu
Retulit in mentem. que psallere sepe solebat
Carmina femineis olim de fraudibus vmber.
Dic vmbri dic si quid habes. medita re parumper — Jan.
Et verba ⁊ numeros vmbri est memorabile carmen
Est vt ais. sed non gratis memorabile carmen — Alphus
Quas referes grates. ⁊ quid mercedis habebo
Accipe promissis absoluo. ⁊ spicula reddo — Jan.
Dum vado ad ventrem post hec carecta leuandum — Alphus
Jane meum tu coge pecus. ne vitibus obsit
O aries. aries. qui tortis cornibus atrum — Jan.
Demona presentas. semper vineta subintras.

Non sapies donec fossa tibi lumina fronte
Eruero. non sunt porrecta in iugera centum
Pascua sat. nisi pampineos populeris & agros

Alphus

Iane recordatus redeo. sed plurima forsan
Nondum nota tibi referam. cognouerat vmber
Omnia. quę fas est homini perdiscere. coelos
Sydera tellurem. ventos. mare. flumina fontes
Viderat & rhodopen. atq; alta ceraunia. & ossam
Gallica regna. ararim. rhodanum. tyberimq; padumq;
Attica romanis referebat carmina verbis
Ore vtroq; potens. & lingua primus vtraq;
Hunc vnum nobis inuidit grecia. & ipsi
Archades. & thracum saltus. & thessala tempe
Si quid erit quod forte velis tibi notius esse.
Candidus illius semper documenta sequutus
Non procul hinc. hęc ille tenet. nos ille docebit
Sed iam septiforem flatu experiamur auenam
Ante tamen nymphe precor vt libetrides adsint
Presertim quę plus meminisse polymnia fertur
Foemineum seruile genus crudele superbum
Lege. modo. ratione. caret. confinia recti
Negligit. extremis gaudet. facit omnia voto
Precipiti: vel lenta iacet. vel concita currit
Foemina. semper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contristat sidere terras
Temperiem nunq;. nunq; mediocria curat
Vel te ardenter amat. vel te capitaliter odit.
Si grauis est. meret toruo nimis hernica vultu
Si studeat comis fieri grauitate remissa
Fit leuis. erumpit blando lasciuia risu

Et lepor in molli radiat meretricius ore
Flet. ridet. sapit. insanit. formidat. et audet
Vult. non vult. secum sibi contraria pugnat.
Mobilis. inconstans. vaga. garrula. vana. bilinguis
Imperiosa. minax. indignabunda. cruenta.
Improba. auara. rapax. querula. inuida. credula. mendax
Impatiens. onerosa: bibax. temeraria. mordax
Ambitiosa. leuis. maga. leua. superstitiosa
Desidiosa. vorax. gance studiosa. palatum.
Docta. salax. petulans. et dedita mollicici
Dedita blanditijs curande dedita forme
Ire odijsque tenax. in idonea tempora defert
Ulciscendi animos. infida. ingrata. maligna
Impetuosa. audax. fera. litigiosa. rebellis
Exprobat. excusat tragica sua crimina voce.
Murmurat. accendit rixas. nil federa pendit
Ridet amicicias: curat sua commoda tantum
Ludit adulatur. defert sale. mordet amaro.
Seminat in vulgus nugas. auditaque lingua
Auget: et ex humili tumulo producet olympum
Dissimulat. simulat doctissima fingere causas.
Ordirique dolos: fraudique accommodat ora
Ora omnes facili casus imitantia motu
Non potes insidias euadere. non potes astum
Vincere. tante artes: solertia tanta nocendi
Et quamquam videas oculis presentibus. audet
Excusare nephas. potis est eludere sensus
Sedulitate animi. nihil est quod credere possis
Et nihil est quod non (si vult) te credere cogat
His facient exempla fidem. que crimina non sunt

Foeminea tentata manu: dedit hostibus arcem
Decepta ornatu brachij tarpeia sinistri.
Seuijt in natos manibus medea cruentis
Tindaris egeas onerauit nauibus vndas.
Scylla hostem sequitur patri furata capillum
Fratrem Biblis amat. subicit se myrra parenti
Concubitus nati longeua semiramis ardet
Causa necis vati coniunx fuit amphiarao.
Occidere viros nocturnis bellides armis.
Orphea membratim cicones secuere poetam
Cognita luxurie petulantia pasiphaee
Phedra pudiciciam contra crudeliter ausa est
Decepit iudea virum rebeca suamqꝫ
Progeniem vellans hircino guttura tergo
Porrigit alcide coniunx fatale venenum
Decipit hippodame patrem. laninia troes
Implicat ancipiti bello. briseis achillem
Depulit e castris. demens chryseide factus
Fulminat atrides. ⁊ sentit apollinis iras
Eua genus nostrum. foelicibus expulit aruis
Credite pastores. per rustica numina iuro
Pascua si gregibus vestris innoxia vultis
Si vobis ouium cura est. si deniqꝫ vobis
Grata quies. pax. vita leues prohibete puellas
Pellanturqꝫ procul vestris ab ouilibus omnes:
Thestilis. ⁊ phyllis. galathea. neera liquoris.
Dicite quę tristem mulier descendit ad orcum
Et redijt? potuit si non malesana fuisset
Euridice reuehi per quas descenderat vmbras
Rapta sequi renuit fessam proserpina matrem

At pius eneas rediit. remeauit & orpheus
Maximus alcides & theseus. & duo fratres
Unus equis. alius pugnis bonus. atque palestra
Et noster deus. unde salus & vita resurgit
Hec sunt pastores. hec sunt mysteria vobis
Aduertenda. animi fugiunt obscena viriles:
Foemineas loca delectant infamia mentes.
Ut semel in scopulos vento contortus & unda
Nauta scit incautis monstrare pericula nautis
Sic senior longo factus prudentior usu
Preteritos meminit casus. aperitque futuri
Temporis euentus. vitque pericula monstrat
Si fugiunt aquilam fulice. si retia cerui
Si agna lupum. si dama canem. muliebria cur non
Blandimenta fugis. tantum tibi noxia pastor
Est in eis pietas crocodili. astutia hyene.
Cum flet & appellat te blandius. insidiatur
Foemineos pastor fugito (sunt recia) vultus
Non animis. non virtuti. non viribus ullis
Fidito: non clypeo. cuius munimine perseus
Elidit saxifice colubros impune meduse.
Monstra peremerunt multi. domuere gigantes
Euertere urbes. legem imposuere marinis
Fluctibus: impetui fluuiorum. & montibus aspris
Sacra coronarunt multos certamina. sed qui
Cuncta subegerunt. sunt a muliere subacti
Rex qui pastor erat funda. spolioque leonis
Inclytus. & natus. qui templa sionia fecit
Primus. & excellens inuicto robore sanson
Foemineum subiere iugum: minus officit ignis

Saxa minus. rophea minus. minus hasta. min⁹ mors
Nec forme contenta sue splendore decorem
Auget mille modis mulier. frontem ligat auro
Pur purat arte genas: ⁊ collocat arte capillos
Arte regit gressus. ⁊ lumina temperat arte
Currit ut latebris ludens perducat amantem.
Vult dare. sed cupiens simplex ⁊ honesta videri
Denegat. ⁊ pugnat. sed vult super omnia vinci
Foemina ceciaco(res mira(simillima vento est
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu
Quisquis es. expertus moneo. tentare recusa
Dum licet hic fragilis quot habet fastidia sexus
Immundum natura animal. sed queritur arte
Mundicies. id luce opus est. ea somnia nocte
Deglabrat. lauat. ⁊ pingit. striat. vngit. ⁊ ornat.
Tota dolus. tota ars. tota histrio. tota venenum
Consilio speculi gerit omnia. labra mouere
Discit. ⁊ inspecto vultum componere vitro
Discit blandiri. discit ridere. iocari.
Incedens humeros discit vibrare. nateſqꝫ
Quid si vult nudum pectus? quid aperta superne
Rimula. quę bifidam deducit in vbera vallem
Nempe nihil. nisi quo virus penetrabile sensum
Plus premat. ⁊ stygie rapiant precordia flamme
Hi iuuenum scopuli syrtes. scylle. atqꝫ charibdes
He inmunde phinei volucres quę ventre soluto
Proluuie feda thalamos. cenacula. mensas
Compita. templa. vias. agros. mare. flumina. mōtes
Incestare solent. he sunt phorcinides ore
Monstrifico. extremis libye quę in finibus olim

Aspectu mutare homines in saxa solebant.
Carmina doctiloqui cursim recitauimus vmbri.
Que si visa tibi nimium prolixa memento
Ipsius id rei vicium non carminis esse
Non longum est carmen. mulier amentia longa est
O memorande senex. quo se vetus vmbria tantum Jan.
Iactat. et ipse tue tyberis conterminus vrbi
Martia non ab te tantum te roma vocabat
Ipsa tuas artes. et non triuialia norat
Carmina. te vita functum fleuere latine
Naides et graie. tua molliter ossa quiescant
Semper. et in summo mens aurea viuat olympo

Finis

Aegloga qnta q̃ dicit Candidus de ↄsuetudine diuitũ erga poetas, colloquutores Syluan9 et Cãdidus

Candide nobiscũ pecudes aliquando solebas Syl.
Pascere. et his gelidis calãos iflare sub vmbris
Et miscere sales simul. et certare palestra
Nunc autem quasi pastores et rura perosus
Pascua sopito fugis. et trahis ocia cantu
Uos quibus est res ampla domi. quibus vbera vacce Candi.
Plena ferunt. quibus alba greges mulctralia ↄplent
Cymbia lacte niuent. et pinguia prandia fumant
Carmina laudaris. si quid concinimus exit
Plauditis. ac leti placidas extenditis aures
Pro numeris vanas laudes. et inania verba
Redditis. interea pastor sitit. esurit. alget

Spl.

Nonne potes curare greges. & dicere versus

Candi.

Cum vacat. & positis vitam traducere curis
Omnem operam gregib⁹ pastorẽ impendere oportet
Ire redire. lupos arcere. mapalia sepe
Cingere: mercari palcas. & pabula. victum
Querere. nil superest ocij. laudabile carmen
Omnem operam totumq; caput syluana requirit.
Grande vtrumq; opus est. & nostris viribus impar
Cum cecini sitio: sitienti pocula nemo
Porrigit. irrident alij: tibi penula dicunt
Candide trita. genu nudum. riget hispida barba
Iam sylua implummes. & hyemis in montibus albet
Irascor. doleo. indignor. fert omnia victus
Lanicium. fetusq; mares. non vendimus agnas
Sed quia lac pascunt. premitur nihil. vbera siccant
Penitet ingenij si quid mihi. penitet artis:
Penitet & vitę: postq; mihi nulla secundant
Ex tot syderibus quot sunt in nocte serena
Hactenus vt nosti. gratis cantauimus. etas
Indiga paucorum merces fuit: altera longe
Conditio senij. quod nunc subit. omnium egenos
Reddit: & extinctis lucri spem viribus aufert
Mox erit vtendum partis. modo querere tempus.
En formica breuis. sed prouida bestia condit
In brummam noua farra cauis estate latebris
Neue renascantur fruges secatore sepultas

Spl.

Scire genethliacos fatalia sydera dicunt
Hi sub mercurio vates. & sub ioue reges
Magnatesq; locant: istis dat iuppiter aurum.
Atq; magistratus. dat maie filius illis

Carmina Bucolica Mantuani.

Ingenium. linguam citharas, et carminis artem
Hec tua sors. quid queris opes? deus omnia in omnes
Diuidit vt melius nobis videt esse futurum
Sorte tua contentus abi. sine cetera nobis
Sunt tibi diuitię mihi carmina: quid petis ergo — Candi.
Carmen et inuadis partes Siluane alienas
Non tibi surripio carmen nec appollinis arma: — Spl.
Sed clare dulcisonis aures concentibus opto
Si gaudere meis igitur concentibus optas: — Candi.
Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est.
Ille meis opibus gaudet qui diligit odit — Spl.
Inuidus atque animo bona fert aliena molesto.
Sic quoque tu nostris absens gaudere camenis — Candi.
Sat potes. hec artis sat sint tibi gaudia nostre.
Carmina sunt auris conuiuia caseus oris
Si cupis auditu fac nos gaudere palato.
Hoc amor hoc pietas hoc vult deus omnia non dat
Omnibus vt nemo sibi sit satis. indigeatque
Alter ope alterius que res coniugit in vnum
Omne genus. gallos. mauros: italos. et iberos.
Sidera iungamus. facito mihi iupiter adsit.
Et tibi mercurius noster dabit omnia faxo
Pilleolum. virgam. citharas nodum herculus alas. — Spl.
Vana superuacuis inculcas plurima verbis — Candi.
Vana inquis. que damna tuis inferre videntur
Diuitijs. si vis nostras audire camenas.
Erue sopitam de solicitudine mentem.
Vult hilares animos. tranquillaque pectora carmen
Torpeo. vt exuriem patiens et frigora miluus
Jam dudum squalidosa cutis situs occupat ora.

Nec pecus instabilis. nec in agro farra. nec aurum
In loculis: et vis positis me vincere curis:
Non facit ad nostros talis medicina dolores.
Fac alacrem: tege. pasce. graui succurre senecte
Inuenies promptum versu. et cantare paratum
Plena domus curas abigit. cellaria plena
Plena penus: pleniqꝫ cadi. pleneqꝫ lagene
Hordea plena. greges leti. grauis ere crumena
Tunc iuuat hybernos noctu vigilare decembres
Ante focum. et cineri sudos inarare bacillo
Torrere et tepidis tostas operire fauillis
Castaneas. plenoqꝫ sitim restringere vitro
Fabellasqꝫ internentes ridere puellas
Tityrus vt fama est sub mecenate vetusto
Rura. boues. et agros. et martia bella canebat
Altius. et magno pulsabat sidera cantu.
Eloquium fortuna dabat. nos debile vulgus
Pannosos macie affectos. farragine pastos
Aonie fugiunt muse. contemnit apollo
Syl. Si sperata mihi dederit fortuna quod opto.
Candide presenti te solicitudine soluam
Candi. O vtinam syluane foret tibi tanta voluntas:
Quanta est hac etiam tibi tempestate facultas.
Non ego diuitias cosmi non serica posco
Pallia. non tyrias chlamides non prandia regum
Non patinam esopi fameo. clypeumve minerue
Nil opus est regis laribus. cui ferrea nomen
Tradidit. aut si mens non fallitur enea barba.
Hec me iam pridem memini didicisse sub vmbro
Postulo vestitum. peto victum sub lare paruo

Certior istud opis toti non decore vite.
Sint mihi pytagoree mense. codriqꝫ supellex
Sepe alios qui spem dederint: in uenimus ore
Magnificos sed re modicos. tibi fidimus vni.
Tu mihi si fueris mendax: preciditur omnis
Spes. vt solsticio fiam philomena reuerso
Mutus ⁊ elinguis. suspendere postibus arma
Tempus erit. clausoqꝫ abigi spectacula circo.

Spl.

Candide vidisti romam. sanctiqꝫ senatus
Pontifices. vbi tot vates. vbi copia rerum
Tantarum. facile est illis ditescere campis.

Candi.

Deciperis me velle putans ditescere. vesci
Et lupus omne animal crudis existimat escis
Tuqꝫ putas alios quo tu pede claudere passum
Non ego ditari cupio: sed viuere paruo.
Fac habeam tenuem sine solicitudine victum
Hoc cotentus eram romana palatia vidi
Sed quid roma putas mihi proderit o syluane
Occidit augustus nunqꝫ rediturus ab orco.
Si quid roma dabit. nugas dabit. accipit aurum
Uerba dat heu rome nunc sola pecunia regnat.
Exilium virtus patitur. sperare iubemur
Undiqꝫ ⁊ in toto vates spe pascimur orbe.

Spl.

Dic pugnas. dic gesta virum. dic prelia regum.
Uertere ad hos. qui sceptra tenent q̄ regna gubernāt
Inuenies qui te de sordibus eruat istis.

Candi.

Inueniam qui me derideat: ⁊ subsannet.
Tempestate ista reuerentia tanta poesi.
Quanta lupanari. quid me syluane lacessis
Non decet obscenis vatem prorumpere verbis

Candi. Non possum non vera loqui: si vera taceri
Forte velis. leuibus me parce lacessere dictis
Spl. Utile consilium prestare. lacessere non est.
Candi. Consilij locuples ego: sed pauperrimus auri
Qui pugnas. qui gesta virum. qui prelia regum
Dicet inops vates. cui nec quo fistula possit
Aptius incidi. fieriqꝫ foramina. culter
Aspice vt excussis luxata manubria clauis
Ut dentata acies veteriqꝫ simillima serre
Hoc leue sed mense graue intolerabile damnum.
Utile consilium firmat. sed inutile mentem
Frangit: ꝛ extenuat vires. animumqꝫ retundit
Magnates dare parua pudet. dare magna recusant
Adde quod ꝛ nostri curant ita carmina reges.
Ut frondes aquilo. mare libs. vineta pruine
Ipsi ad delitias reges ꝛ ad ocia versi
Quod celebrant laudari optāt. hinc carmina manāt
Perdita de studio veneris. de scurrilitate
De ganea. de segnitie. de infamibus actis
Quę castum capitale nefas celebrare poetam.
At qui dura manu gesserunt bella potenti
Fortiter vtentes ferro. non molliter auro
Dilexere graues musas. heroica facta
Qui faciunt reges heroica carmina laudant.
Ut cessere viri fortes. ꝛ mascula virtus
Dicendum altiloqui nihil inuenere poete
Occidit ingenium vatum: ruit alta poesis:
At si forte aliquis regnum gerit aspera bella
Et decus armorum studijs belloqꝫ parauit
Nil genus externum venturaqꝫ secula curat

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Laude sue gentis satur. et presentibus annis
Barbarus est. neq; carmen amat. vel auarus in auro
Mergitur: atq; mide curis flagrantibus ardet
Est et apud reges. rudis. inuidia. rustica turba
Minimus. adulator. leno. assentator. adulter
Histrio. scurra. quibus virtus odiosa. poetas
Mille modis abigunt. vt quando cadauera corui
In uenere. fugant alias volucresq; ferasq;
Sunt etiam vates quidam sine lege, petulci
Qui sine lege aliti sine preceptoribus audent
Quicquid amant reges. et amant infamia solum
Scribere. nam vates etiam dementia vexat
Hi se nescio qua mentis leuitate poetas
Esse volunt postq; triuialibus ora cicutis
Applicuere. sibi applaudunt: sua carmina iactant
Insulsi. illepidi. indociles. improuidi. inepti
Qui solet his vacuas prebere ambagibus aures
Id vicium commune putant. doctisq; resistit
Vatibus a vero indoctus discernere falsum
Candide per superos per olympica numina iuro — Spl.
Me tibi (si venti veniant ad vela secundi)
Laturum auxilium meliora in tempora viue
Nec paulisper adhuc mecum sperare recusa
Si mihi sic optas. tibi fit syluane quod optas — Candi.
Opto equidem: dictumq; fides non sera sequetur — Spl.
Vade malis auibus nunq; rediturus auare — Candi.
Et facias subito quicquid rractaueris aurum
More mide. quando virtus tibi vilior auro

¶ Finis

¶ Aegloga Sexta q̄ dicitur Cornix de disceptatione Rusticorum et Ciuiũ Colloquutores Cornix et Fulica.

Cornix.

n Ingit hyems. mugit boreas. a culmīe pendet
Stiria depositis bobus requiescit arator
Dormit humus. clauso pastor tunicatus ouili
Cessat iners. sedet ante focum fumosa neera
Atq; polenta coquit. prius intolerabilis estas
Nunc laudatur. hyems estu laudata molesto
Displicet. optatum damnat presentia frigus

Fulica

Omne bonum presens minus est. sperata videntur
Magna velut maius reddit distantia lumen
Delitias habet omne suas. et gaudia tempus

Cornix.

Aspice vt impexi tritaq; in veste ligati
Cede suum pueri exultant. inflatur in vtrem
Inmissis vesica fabis. sonat et micat acta
Nunc pede. nunc cubito. stricto nunc obuia pugno
Si cadit attollunt. cursu labor atq; recursu
Brummam abigit. glaciale gelu pila rustica vincit.
Nos tamen hic melius tepido sub stramine foci
Transigimus tempus dum lac cogit igne recoctum

Fulica

Pauperiem declarat hyems improuida certe
Turba sumus iuuenes. securi estate vagamur
Immemores hyemis: nostrum es tibicinis omne est
Vt redit e scythia boreas. nidosq; volucrum
Frondibus ostendit nudata cadentibus arbor
Frigemus nudi scapulas. dorsum. ilia. plantas
Stultitiam declarat hyems. sapientius vrbes
Congeriē nummum accumulant. et ad ilia vulpes
Melotasq; trahunt. maculosaq; tergora lyncis

Cornix.

Desipiunt omnes. nec nos in crimine soli
Immo ipsos vexat grauior dementia ciues
Verum illis mater. nobis fortuna nouerca
Nos premit infoelix sors est dementia fac sim
Fortunatus. ero locuplex. ero primus in vrbe
Audiar. assurgent omnes. me vertice nudo
Vulgus adorabit. me plebs. me consulet omnis
Turba: magistratus etiam. populusq patresq

Fulica

O cornix cornix non est fortuna sed ipse
Quo sapiunt homines animus. fortuna potentem
Non facit. immo deus. causam recitabat amyntas

Cornix.

Est fortuna deus sed quid recitarit amyntas
Dic precor in causis erat ingeniosus & acer
Ante tamen paulum pecus & presepia vise.

Fulica

Vade redi calor est post frigora dulcior ito
Attingit nix alta genu. vix tecta resistunt
Tanto oneri sublimus apex in. vertice furni
Pyramidem fecit metaq assurgit acuta.

Cornix.

Da pecori cordum. stipulisq foramina claude
Si paries hiat. & rediens letamine muni
Limina nulla gregi grauior q̄ frigora pestis.
Jam ne ades: ob quenan hec solito properātia maior:

Fulica

Sollicitum me reddit hyems in frigore & igni.
Maxima strennuitas: feno recubare calenti.
Abscondiq cauo accubitu post frigora dulce est.

Cornix.

Incipe & enarra discrimina ruris & vrbis

Fulica

Hoc igitur tantum ruris discrimen & vrbis
Taliter exortum noster recitabat Amyntas
Principio rerum primaq ab origine mundi
Cum muliere marem sociali federe iungens(

Coeli opifex (sic namqꝫ deum appellabat Amyntas)
(Nomen adhuc teneo) natos producere iussit
Atqꝫ modum docuit fieri quo pignora possent
Accinxere operi. mandata fideliter implent
Sicqꝫ vtinam de pomi esu seruata fuissent.
Foemina fit mater. puerum parit atqꝫ puellam
Atqꝫ puerperio simili fecunda quotannis
Auxit in immensum generis primordia nostri
Post tria lustra deus rediijt. dum pignora poscit
Foemina prospiciens venientem a limine vidit
Adam aberat securus oues pascebat. adulter
Nullus adhuc suspectus erat. sed multiplicatis
Connubijs fraudata fides: sine cordibus hirci
Facti. ⁊ zelotypo coniunx suspecta marito
Nam quę quisqꝫ facit. fieri sibi furta veretur
Erubuit mater. nimieqꝫ libidinis ingens
Indicium rata tot natos. abscondere quosdam
Accelerat. feno sepelit. paleisqꝫ recondit
Jamqꝫ lares deus ingressus saluere penates
Jussit. ⁊ huc dixit mulier tue pignora profer
Foemina maiores natu procedere mandat.
His deus arrisit: velut arridere solemus
Exiguis auium pullis. paruisue catellis
Et primo letatus ait cape regia sceptra
Rex eris. at ferrum ⁊ belli dedit arma secundo
Et dux inquit eris. fasces populiqꝫ secures
Protulit. ⁊ vites. ⁊ pila insignia Rome
Jamqꝫ magistratus celebres partitus in omnem
Progeniem. humanos tacitus voluebat honores
Interea mater rebus gauisa secundis

Euolat ad caulas. & quos absconderat. vltro
Protulit. hec dicens nostri quoq; pignora ventris
Hos aliquo Pater omnipotens dignabere dono
Sertosum albebat paleis caput· heserat armis
Stramen. & antiquis que pendet aranea tectis.
Non arrisit eis. sed tristis turbidus ore
Vos fenum. terram. & stupulas deus inquit oletis.
Vester erit stimulus. vester ligo. pastina vestra
Vester erit vomer. iuga vestra. agrestia vestra.
Omnia: aratores eritis: pecorumq; magistri
Fenisece. soli fossores. naute atq; bubulci
Sed tamen ex vobis quosdam donabimus vrbe
Qui sint fartores. lanij. lixe. artocopiq;
Et genus hoc alij. soliti sordescere semper.
Sudate. & toto seruite prioribus euo
Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum.
Sic factum est seruile genus. sic ruris & vrbis
Inductum discrimen ait mantous Amyntas
Mirabar. si quid recti dixisset Amyntas — Cornix.
Ciuis erat. semper nobis vrbana iuuentus
Cui nihil est preter stulta hec commenta. negoci
Ludit. in agrestes semper iaculantur: & vrbis
Talia garrulitas. & vaniloquentia fingit
At neq; de superis pudet has componere nugas
Iste iocus manifesta gerit conuitia secum
Sed tu tam rudis es. tam pleno inflatus omaso
Vt neq; perpendas isto te scōmate carpi
Nos quoq; paulisper mentem extendamus ad vrbes
Stultiam. ne forte putes sapientius illos
Viuere. qui splendent auro. qui murice fulgent.

His oculis vidi tunicis plerosqꝫ superbis
Vestiri. atqꝫ foro regali incedere gressu
Quos secreta fames premit. atqꝫ domestica egestas.
Stultius his certe nihil est. opulentia ficta
Paupertas ꝛ segnities. ꝛ inertia vite
Vera. quid est aliud qꝫ desipientia vera?
Vidi etiam patres (o rem indignam atqꝫ nefandam)
Dum segnes dormire volunt. ꝛ viuere laute
Prostituisse suas vulgo cum coniuge natas
Quid peius? quid perfidius? quid stultius vnqꝫ?
Quid si vitam alio nequeunt traducere pacto
Cum totidem quot nos habeant animasqꝫ. manusqꝫ.
Dic cur vitam alio nequeant traducere pacto
Est etiam cuius vecors industria vanas
Querat opes. vbi nullus opes inuenit ab euo
Aes lauat herbarum succis. ꝛ vertere in aurum
Estimat. ac nigra semper fulligine pallet
Est qui dum tellure latens desiderat aurum
Dat magicis operam studijs: ꝛ tempora perdit.
Quid leuius? quid futilius: quid inanius vnqꝫ
Omnia ne veniant ad opus telluris ꝛ agri
Omnia pertentant. vt agant nihil. omnia versant.
Semper agunt. nunqꝫ peragunt. ex fenore victum
Infamem extorquent. vi. fraude. dolisqꝫ. laborant
Mille vijs opibus mille insidiantur honori
Nos capras ꝛ oues. armentaqꝫ pascimus. illi
Accipitres. catulos. ꝛ equos. ꝛ cercopythecos
Rusticus est ouium pastor. volucrumqꝫ canumqꝫ
Ciuis. vtrum melius te iudice. nobiliusqꝫ
O fulica. vtilitas vnde atqꝫ opulentia maior?

Fulica
Cornix.

Fulica
Si venit ex nostris operis opulentia maior.
Cornix.
Ciuibus vnde igitur tantarum copia rerum.
Ex vi fraude. dolis. vi fraude. dolisq; laborant.
Nonne vides insane vt nos crudeliter vrgent:
Quo capiunt astu: nos irretire loquendo
Sacrum offerre putant. et opus sublime piumq;
Huc aures. oculosq; adigunt: huc ora manusq;.
Fulica
Unde vrbanarum tibi tanta peritia rerum
Cornix.
Hec didici quondam ductis in menia capris
Cum lac vociferans ibam venale per vrbem.
Mansi apud atropocum. sapiens. et ad omnia propter
Furta erat: et crudum ferro subradere panem.
Ipse vt erat mores vrbis doctissimus. ista
Tradidit affirmans mihi esse nocentius vrbe
Se quoq; furari didicisse aiebat ab vrbe
Sunt etiam qui parta ab auis patrimonia fundunt
In meretricum vsus. Quid fedius: improbiusq;
Dic vbi mechandi ars. homicidia. seditiones:
Nonne inter ciues. atq; intra menia regnant:
Quid reges qui regna hominum per vulnera querunt
In mortemq; suos adigunt: Quid pectore miles
Obijciens telis per mille pericula vadens.
Pro stipe dat vitam nulla est insania maior.
Gloria prefertur vite. Quid gloria Quid laus.
Quid fama est quid honor: voces et opinio vulgi
Omnia longa dies abolet cum viuere cessas
Omnia sic abeunt vt lux cum sole recedit.
Qui mare sollicitant remis. cum viuere possint
In patria. stulti vento qui credit et vndis.
Stultus diuitie cui sunt. et negligit vti.

Stultus. qui vt natis cumulet patrimonia. partis
Abstinet. ⁊ genium fraudat. stultissimus. ⁊ qui
Quę facere ipse potest. natis faciunda relinquit.
Qui numerant stellas. ⁊ se comprehendere fata
Posse putant. stulti. Verum dementior istis
Naturam quicunqꝫ dei scrutatur: ⁊ audet
Figere in immensam lumen tam debile lucem.
Nostra fides melior. ciuis ratione coactus
Difficile assentit. nudis nos omnia verbis
Credimus. ⁊ plures faculas accendimus aris
Ciuibus est infida fides. inquirere nunq̄ꝫ
Mente sinunt arcana dei. si numina scire
Esset opus: poterant nobis se ostendere verum
Quando latere volunt. quid vestigare necesse est
Que nos scire negant ipsi qui cuncta gubernant:
Nostra etiam pietas, pietate potentior vrbis
Nanqꝫ viri qui sacra canunt templisqꝫ ministrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus.
Vidi ego quesitas ex rure. in menia plenis
Puppibus inferri pietas ea rustica fruges
Stultorum est aliud genus inmedicabile quoddam
Causidici latratores. tabuleqꝫ forenses
Nummorum aucupium docti. legumqꝫ tyranni
Aere patrocinium vendunt. producere causas
Et lites pendere diu vindemia quedam est
Sunt ⁊ equestre genus medici qui tangere venas
Nonnunq̄ꝫ illicitas audent: ⁊ ponere quedam
Non intellectis temeraria nomina morbis
His ⁊ si tenebras palpant. est facta potestas
Excruciandi agros hominesqꝫ impune necandi

Qui vero in populis presunt. hominesque gubernant
Quo plus iuris habent. quantoque licentia maior
Insanire solent tanto amplius. o vbi sancti
Rectores. et iusticie: et pietatis amici
Quos patres sero ante focum memorare solebant
Omnia nunc abeunt pessum. spoliata queruntur
Templa gemunt inopes: vidue lachrymantur. et hui⁹
Que nam causa mali. quia stat pro lege libido:
Ista tua o cornix excandescentia fines — Fulica
Transit honestatis. scelus omnibus obijcis omne
Innocuos habitare homines et in vrbe memento
Non habitant colubri quedam balearibus arua — Cornix.
Proxima non memini nomen: neque noctua cretam
Nec nemus egerie sonipes. nec vir bonus vrbem.
Vir bonus est animal rarum: paucasque per vrbes. — Fulica
Et per rura locos habet. et rarissima virtus
Insanis fulica insanis. tot in vrbibus hostes — Cornix.
Sunt tibi quot ciues binos tondentque pilantque
Non habita nostri capitis ratione: coartant
Nos ad furta ipsi. mox ad suspendia mittunt.
Fas igitur si quid nostris sese virginibus offert
Radere et insidijs ac nostra indagine captos
Deplummare leui tactu sensim et pede pressim
Si videt excusa. si sunt secreta. negato
Furta quod occultum est. non est iniuria furtum
Quicquid habent noster labor est. industria nostra ē
Iam longe egrederis metam rationis et equi. — Fulica
O fulica improbitas vrbana coniquinat orbem. — Cornix.
Unde tot in terras veniunt estate procelle
Fulmina venti. amnes. grando: vidisse recordor

Tellurem tremere.ac postes.ꝛ tecta labare
Solem obscurari.noctu obtenebrescere lunam
Cur segeti lolium:messi dominantur auene
Uua in capreolos transit:calligine verni
Depereunt flores:mala parturit omnia nobis
Hec ciuile nefas.pariet quoqꝫ plura deinceps.
Unde venit furor armorum.belliqꝫ tumultus
Qui genus omne mali secum vehit:oībus vrbs est
Fons ꝛ origo malis.descendit ab vrbe lycaon.
Deucalion Pyrrha cum coniuge rusticus.ille
Intulit illuuiem terris.hic abstulit.ille
Abstulit humanum terris genus.intulit iste.
Si terra.vt perhibent.flammis abolebitur vnqꝫ
Istud grande nefas vlla descendet ab vrbe
Fulica O cornix iam pone modum sermonibus istis
Audio iam dudum pueros de pulte loquentes
Cetera.si quicqꝫ superest post prandia dices
Pulti indulgendum monet vrbibus hora relictis

¶Finis

¶Aegloga septima q̄ dr̄ Pollux de ꝯuersione iuuenū ad Religionem Colloquutores Alphus ꝛ Galbula cum iam autor ad religionē aspiraret

Alphus 8 Albula quid sentis? Pollux doctissim⁹ olim
Fistulicen subito quodā quasi numīe tactus
Destituit calamos.tunicas armenta.sodales.
Bardocucullatus caput vt campestris alauda
Quattuor ante dies in religiosa recessit

Claustra. ferunt illum pecudes. dum solus in agris
Pasceret effigiem quandam vidisse deorum
Cetera non memini. sed tu quid Galbula sentis

Galbu.

Ut dixere patres iacens primordia rerum
(Magna canam) nobis quę quodam tradidit umber
Instituit deus agricolas pecorisq; magistros
Primus agricultor. rudis. immansuetus. & asper.
Qualis humus segnis. lapidosa. rebellis aratro
Ast ouium primus pastor mitissima proles
Instar ouis. quę bille caret: quę lacte redundat
Mitis erat. nullis unq; pastoribus asper
De grege sepe suo sacrum ponebat ad aras
Nunc oue nunc pingui vitulo faciebat. & agno
Sepius. & magno diuos ambibat honore
Sic profecit apud superos. sic numina flexit
Ut fuerit primo mundi nascentis ab ortu
Tempus ad hoc coelo pecoris gratissima cura
Assyrios quosdam (sed nescio nomina. cure
Diminuunt animum) deus ex pastoribus olim
Constituit reges: qui postea murice & auro
Conspicui gentes bello domuere superbas
Cum paris iliaca tria numina vidit in ida
Aut paris. aut alius. puerum qui obtruncat ad aram
Pastor erat. quando celesti exterritus igne
Venit ad ostentum pedibus per pascua nudis
Pastor erat moses: moses a flumine tractus.
Exul apud graios amphrysia pastor apollo
Rura peragrauit posito deitatis honore
Celestes animi christo ad presepia nato
In caulis cecinere deum pastoribus ortum.

Et noua diuini partus miracula dicti
Past ores primi natum videre tonantem
Et sua pastores infans regnator olympi
Ante magos. regesq3 dedit cunabula scire
Se quoq3 pastorem deus appellauit. ouesq3
Mitibus ingenijs homines. ⁊ mentibus equis
Et ne vana putes hec somnia. nuper ab vrbe
Rus veniens. picto perlegi hec omnia templo
Sunt pecudes picte. parui sub matribus agni
In tellure cubant. ingens equitatus ab alto
Monte venit. radiant auro diademata diuum
Et suspensa tenent vaga lumina pretereuntum
Non igitur mirum noster si numina pollux
Vidit: amant villas. ⁊ oues. ⁊ ouilia diui
Simplicibus presens deus est. offenditur astu

Alphus

Vera refers. pecori sic sint innoxia nostro
Pascua. vidi asinum. vidi presepe. bouemq3
Iam memini turbe venientis: ⁊ ora videre
Indica iam videor regum sua dona ferentum.
Vnum oro. quenam polluci occurit imago
Galbula si nosti. ne sit labor omnia fari

Galbu.

Et noui. ⁊ memorare libet res digna relatu
Res digna auditu. pia. sancta. imitabile factum
Durus ⁊ immitis pater atq3 superba nouerca
Pollucem grauiore iugo pressere iuuente
Tempore. cum dulces animos noua suggerit etas.
Et cum iam inualide longo sub pondere vires
Deficerent. nullaq3 odium mansuesceret arte.
Constituit tentare fugam. res vna volentem
Irediu tenuit nimis impatienter amabat

Error enim communis amor iuuenilibus annis
Res est fortis amor. violentia fortior:iuit
Et tales abiens (mihi namqꝫ solebat amores
Enarrare suos) mesto dedit ore querelas
O virgo lachryme ne tuis soluentur ocellis
Cum te tam charo cernes ab amante relictam
Ulla ne discessu duces suspiria nostro
Tu ne mei crudelis eris forte immemor vnquam
Usqꝫ adeo ne tuum poterit frigescere pectus
Pectus. quod totiens. quod lumina fletibus implet.
Tu ne trahes crebros gemitus: ⁊ pallida fies
Cerno oculos. cerno lachrymas. cerno anxia corda
Uirginis. heu tantum qua dissimulare dolorem
Fas erit arte: dolor duplex mea pectora torquet
Illius atqꝫ meus. sed fas mihi flere: quod illi
Non licet. occultus longe magis estuat ignis
Incolumen mihi vos diui seruabitis illam
Ut quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor foelix saltem semel ante senectam
Talia pergebat memorans. voluitqꝫ reuerti
Tantus amor iuuenem vis tanta furoris agebat
Sed iam iacta fuga cunctis erat alea nota
Fronde sub herculea fessus merore sedebat
Ecca puellari virgo stipata corona
Ora. manus. oculos. habitumqꝫ simillima nymphe
Et tali affata est puerum sermone dolentem
Chare puer quo tendis iter: vestigia verte
Nescis heu nescis quo te via ducat: ⁊ audes
Ignotis errare locis. nihil insidiarum
Per campos ratus herbosos. nihil esse pericli

Omnia tuta putas: ⁊ quod placet vtile credis
More iuuentutis stolide. collectus in orbem
Sepe latet moli coluber sub graminis vmbra
Est facile incautos offendere. paruulus infans
Innocuos rutilum digitos extendit in ignem
Nec nisi iam lesus vires intelligit ignis.
Hęc regio intrantes aditu consueuit ameno
Fallere: delitias offert ⁊ gaudia. verum
Ingressis cum triste nihil superesse putatur
Mille parat laqueos. ⁊ mille pericula profert
Trames hic vt collem gressu superaueris illum
Ducit in vmbrosam syluam crudele ferarum
Hospitium. loca terra. situ ⁊ calligine opaca
Quisquis eo deceptus abit. remeare vetatur.
Et piceis primum velatur lumina vittis
Deinde per omne nemus dumeta per aspera tractus
Transit in effigiem monstri: dum voluere linguam
Atqꝫ loqui tentat. mugit. dum attollere sese
Credit. humi graditur quadrupes: neqꝫ suspicit astra
Ima tenebrose vallis lacus equore nigro
Occupat: ⁊ nigris mons plurimus imminet vndis
Huc tracti in stygios latices altumqꝫ baratrum
Precipites dantur. rapidaqꝫ voragine mersi
In stygia ⁊ eternas erebi rapiuntur in vmbras
Heu quot pastores istis ambagibus acti
Cum gregibus periere suis. ego sedula semper
Monstro iter. hic ad opem vigilo indefessa ferenda
Tolle moras igitur: mortis fuge blanda propinque
Atria. secreti tutam pete littoris oram
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Aera carmelus viridi caput arbore cinctum
Primus hic antiquis patribus spelea domosque
Prebuit arboreas. intra nemus ilice densum.
Ex hoc in vestros deducta cacumine montes
Relligio venit. sicut de fonte perenni
Flumina. et ex vno multi genitore nepotes
Illius in syluis abies vbi plurima surgit
Pinguis vbi picee sudat liber. et terebinti
Innocuum postque foeliciter egeris euum
Mox tua mutatis etas renouabitur annis.
In loca te tollam meliora. virentia semper
Immortalis eris diuum comes. ire per astra
Inter hamadriades et oreades atque napeas
Flore coronatas caput. et redolentibus herbis
Fas erit. ac super. et subter cognoscere celos
Sic effata leues virgo discessit in auras.
Tum sua iurauit polux mutata repente
Pectora. et ex templo victum expirasse furorem:
Non aliter quam flamma cadet. si ardentibus agris
Effluat. et totas preceps padus euomat vndas.
Sic abijt crudelis amor qui sepe pharetram
In iuuenem dum principijs obstaret amandi.
Dum tepet. ac timide insanit. consumpserat omnem
Sic igitur polux in claustra silentia venit
Sunt quibus aspirent etiam nolentibus vltro. — Alphus
Sunt quibus infensi sine causa et crimine dij sint
Quod nos in pecudes. in nos id iuris habent dij — Galbu.
Hoc rus scire sat est. sapiant sublimius vrbes.
Sic docuit rediens aliquando ex vrbe sacerdos
Ianus: et in magno dixit sibi codice lectum.

Alphus

Sol cadit. et baldi vix summa cacumina tangit
Nos quoque iam sero cum sole recedere tempus
Galbula sarcinulas ne sit tibi ferre molestum.
Pera leuis. leuis est et cantarus. omnia paruus
Ferre labor sero. graue mane sed vtile pondus
Ipseque pecus ducam. mihi pars erit ista laboris.

¶ Finis

¶ Aegloga octaua que dicitur Religio de Rusticorum Religione Colloquutores Candidus et Alphus

Candi.

O arida solstitio tellus sitit alphe reuerso.
Ad solitos mõtes vbi ros in gramine restas
Mitior. hec armenta monet deducere tempus

Alphus

Aereos montes et summa cacumina longe
Prospicio: quid sint montes (tibi vera fatebor)
Nescio. semper enim campestria rura lacusque
Incolui. montanus ager qua fruge redundat?

Candi.

O rude et ille pidum ingenium. prope flumina semper
Versatus fulice in morem. limosa per arua
Sunt vbi ranuarum. culicum. pulicum. cimicumque
Lustra. inter salicts. vluas. viridesque papyros
Irridere audes et nauci pendere montes
Unde fluunt amnes: templis vbi tanta locandis
Marmora ceduntur: fulgens vbi nascitur aurum
Que parit antemnas tellus: medicamen ab herbis
Dic quibus est nisi montanis: de vertice baldi
Sepe melampodion legi. medicina capellis
Nulla magis presens. quondam valsasinus egon

Tradidit hoc. dum vere sues castraret ⁊ agnos
Tradidit ⁊ dixit solus medicamen habeto.
Dic vbi castanee plures. vbi copia maior
Glandis: in excelsis fontes ⁊ pascua vidi
Montibus. artocreas ⁊ pingue polenta comedi.
Sunt populi fortes illic. robusta iuuentus
Lata pedes. callosa humeros. neruosa lacertos.
Hispida. dura manus. moli inde fessa ferende
Vallibus ex illis onera vt naualia curet
Confluit huc. nullum est hominum genus aptius vbi
Siue velis castrare pecus. seu scindere phagos.
Siue fimum ferri e stabulis. haurire cloacas
Latrinas curare. viamq͡ȝ aperire coactis
Sordibus. ⁊ scalis puteos descendere in altos
Ingenio callent. ⁊ duro robore pollent
Sed quid opus multis: subeunt opus omne popinis
Inseruire. focos lignis cumulare. veruq͡ȝ
Artifici versate manu. dare libera fumo
Spiramenta. boum ventres ad flumina ferre
Verrere humũ immundã scobis. doctissima gens est
Quodq͡ȝ magis miror. semper sub pondere currunt
Cotibus in duris oriuntur. ⁊ ardua viuunt
Per iuga cum capreis. habitant spelea ferarum
Adde ꝙ in celum breuis est e montibus altis
Transitus. erectum caput vsq͡ȝ ad nubila tollunt
Nubila transcendunt aliqui puto sidera tangant
Esse locum memorant vbi surgit ab equore titan
Qui nisi dedidici contingit vertice lunam
Et vixisse illic hominem. sed postea abactum
Improbitate gule. ꝙ scilicet omnia poma

Manderet. ⁊ magno seruaret nulla tonanti.
Hinc diui sanctiqꜫ patres in montibus altis
Delegere domos tacitas. cartusia testis.
Carmelus. garganus. athos. laureta. lauerna.
Et sina. ⁊ soractis apex: vmbrosaqꜫ vallis.
Et iuga nursini fato senis inclita ⁊ altis
Abietibus turrita caput camaldula sanctum
Cetera pretereo: nec enim sermonibus istis
Omnia complecti statuo montana frequentant
Culmina celicole sed aras. ⁊ mergus. ⁊ anser
Ibis onocrotalus. milui fuliceqꜫ paludes.

Alphus. Inter montane tantos regionis honores
Cur de messe nihil. nihil est de palmite dictum:
Hec tamen humane duo sustentacula vite
Maxima monticule veniunt ⁊ rupibus ad nos
Hordea mercatum torui: fuligine tincti
Setosi macie affecti. laceri ac situosi
Indigene ostendunt que sit natura locorum
Sed quod montanis de relligionibus inquis
Rettulit in mentem que de polluce feruntur
Que dea si nosti visa est que candide nympha:
Dic age iam ceptum certamen inutile nobis.
Utilior sermo de relligione tenendus.

Faustu. Galbula qui solitus pecudes in pascua tecum
Ducere te satis hoc potuit docuisse. quod optas.

Alphus. Plura quidem polluce super narrata. sed ipsam.
Nec docuit nympham. nec me quesisse recordor.
Nunc subijt mentem. cum relligionis oborta est
Mentio. ⁊ illarum visa est mihi maxima laudum

Candi. Non erat illa dryas. neqꜫ libetris. nec orcas

Venerat e celo superum regina. tonantis
Mater. anhellanti pacem latura iuuente.
Huic tethys huic alma ceres famulantur. ꝛ ipse
Aeolus equoreis ventos qui frenat in antris
Hanc deus astrorum flammas super. atqꝫ volantes
Solis equos. supra fulgentem casiopeam
Extulit: ꝛ sacram bisseno sidere frontem
Cinxit: ꝛ adiecit subter vestigia lunam
Candide mira canis nullis pastoribus vnqꝫ

Alp.

Cognita. quid tethys: ꝛ quid fulgens casiopea
Aeolus equoreis ventos quis frenat in antris:
Qui sunt solis equi: magna atqꝫ ignota recenses

Candi.

Sydera sunt parum. partim sunt numina prisca
Omnia que pollux mihi cum narrasset in edem
Duxit. ꝛ ista sacer paries ait omnia monstrat
Pictus erat paries signis ꝛ imagine multa
Omnia non memini. mens est mihi debilis: ista
Vix tenui: dum sepe animo voluo atqꝫ reuoluo.
Sepe recordari medicamine fortius omni.
Ista potest nigro depellere nubila celo
Ista potest siccis fluuios dare frugibus imbres
Cum volet. ista nouos duris emittere campis
Cum volet. emissos poterit restringere fontes
Qui modo sunt steriles ꝛ nudi gramine campi
Si volet. in pingues poterit conuertere glebas
Frigida saturni cum sidera suscipit atro
Scorpius hospicio' non auferet hordea grando
Nec domus ardebit. nam tunc hęc omnia celum
Dicitur iratis in terram effundere ablastris
Si volet. hec nobis custodiet omnia virgo

Si fauet hęc nobis. complebunt horrea messes
Adijcietq; gregi semper fetura gemellos
Si pecus infelix erit ⁊ sine vellere. solo
Ipsa potest nutu dare lac. dare vellera ⁊ agnos
Et curare greges. omnemq; auertere morbum
Nil opus est modo pana sequi: neq; cetera ruris
Nymina quę veteres frustra coluisse feruntur
Vidi ego circum aram nymphe pendere capellas
Plaustra. boues. ⁊ oues. hic iani vidimus hircum
Et memini inscriptam versu hoc legisse tabellam
Votum pro saluo ianus breue reddidit hirco
Dumq; ea perlegerem. pollux hęc carmina supplex
Ante aram genibus positis in marmore dixit
O dea que seruas vrbes ⁊ rura precamur
Ne padus exundet. ne stijx nocturna per vmbras
Hauriat infantes: nec eant per compita larue.
Diua faue agricolis. talpas occide malignam
Aggeribus pestem gelidis sata leta pruinis
Quando brumma venit comspergere diua memento.
Ne tinee erodant anno frumenta sequenti.
A. boree flatu pingues defende mariscas
A. gruis ore fabas. ⁊ ab ansere farra palustri
A. serpente boues. a vulpe ⁊ fure cohortem
A. bruco erucas. a brumma ⁊ grandine vites
A. vi ⁊ fraude lupi pecus. a rubigine fruges
A. rabie catulos. a flamma ⁊ fulmine villas
A. murum insidijs petasonem. a milite pernas
A. campe ⁊ pigris. pigris. heu cetera nescit
Mens oblita sequi: numerus me in verba reduxit
Sepius ad numerum rediens obliuia forsan

Mente abigam. retrogradior. numerumque recurro
A murum insidijs petasonem a milite pernas.
A campe et pigris virides limacibus hortos
Alphe viden que vis numeri: iam cetera cerno
A tonitru reboante cados. a frigore fetas.
A. grauibus vitulos estris. a gutture porcos.
Anginoso. operas pubes ne rustica perdat.
Adsis o dea. nec ledant examina fuci.
Neu milium furentur aues. neu veleta sentes
Succida. neu lappas apprendat lana sequentes.
Diua gubernatrix hominum. custodia vatum
Diua laborantum requies. medicina dolentum
Et tutela gregum nostris precor annue votis
Talibus orabat pollux: ego postibus herens
In baculum pede porrecto recitata notabam
Altius. ac memori condebam singula mente.

Alp. Candide polluci pro solicitudine tanta.
Pro precis officio. pro relligione putasne
Dandum aliquid nobis: pietate peculia crescunt.

Candi. Quid ni aliquid dandum est. opus est persoluere crates

Candi. Rusticus es crates etenim pro gratibus inquis.
Crates et grates paruo discrimine distant.
Dandum aliquid. neu bis detur. sine pasca reuerti.
Quando sacerdotes commissa piacula soluunt

Alp. Quid dabimus: vituli grauis est iactura. vel agnum
Vel leporem. pietas etiam laudabilis anser.

Candi. Dona docet tempus. lepores brummalia dona.
Quando niue hyberna currendi erepta. facultas
Anser ad antumni finem. nonasque calendas
Pertinet. estatis coryli. noua poma racemi

Munera. lactentes hedi sunt veris. ⁊ agni
Tunc si de cordis aliquem conspexeris egrum
Ac tenuem. qui nec vendi nec viuere possit.
(Munus erit solemne satis) donabimus agnum
Ipse mihi cum iam regredi post prandia vellem
Carmina de nymphe solemnibus eruta fastis
Tradidit. ⁊ dixit si quando grauabere curis
Hęc cane: pro mentis medicamine carmen habeto
Quando molarcheo titan descendit ab astro
Pronus. ⁊ astree iam limina virginis intrat
Virgine letetur pubes ⁊ cana senectus
Transiit ad superos: ⁊ olympica regna petiuit
Ogdoas. vt toto iam tercia fluxerit orbe
Festa dies iterum. natalia virginis aras
Ignibus illustrant. offert noua liba sacerdos
Libra redit noctes properans equare diebus
Exultat picenus ager. vehit adria puppes
Illyricas ⁊ chaonias. cum mercibus adsunt
Tusci. vmbri. veneti. siculi. lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt: votisqȝ solutis
In sublime iugum leti ad commertia tendunt
Et cum thessalicas cursu breuiore sagittas
Sol subit: ⁊ frigent vrentibus arua pruinis
Clausa gynecei sacris penetralibus hausit
Corde deum toto proprios oblita parentes
Et cum semiferi fugiens chironis ab arcu
Languet ad hyberni glacialia limina capti.
Induat ornatas. ⁊ mas ⁊ femina vestes:
Leticiaqȝ diem celebrent. quo semine sacro
Coniugis annosus grauidam pater imbuit aluum

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Illa dies etenim sancte primordia nymphe
Fecit. ⁊ innostras vetuit descendere sordes
Cum volat imbrifera lampas phebea sub vrna
Ad vernos reditura dies. iam proxima veri
Ite nurus omnes. sacros altaribus ignes
Tura focis. faculas manibus date. ducite pompam
Attulit in templum noua dona puerpera virgo
Quando gregis princeps aurato vellere fulgens
Incipiet zephyris aperire tepentibus annum
Et dare maiores luci q̄ noctibus horas
Aliger occultam redeat paranymphus in edem
Et noua miranti referat mandata puelle
Festa dies tuscis populos de collibus omnes
Cogit. ⁊ aruicolas vocat ad florentia templa.
Tum quoq̧ sed tenui virgo prius interuallo
Nupsit ⁊ hęc teneris lux est celebranda puellis
Quando sub extrema cancri testudine phebus
Voluitur. ⁊ reuehit vicina canicula morbos.
Ture piam celebrate diem. redit hospita mater
In proprios a matre lares altaria circum
Primitias ceteris gemine suspendite matri
Ista dedit pollux. vigilans quę in montibus olim
Fecerat ad pecudum caulas: dum nocte serena
Militiam celi sparsosq̧ examinat ignes
His quoq̧ plura dedit: sed carmina plura referri
Non finit extremum deponens vespera solem

¶ Finis

Aegloga nona q̄ dr̄ Falco de moribꝰ curie Rōane Col

loquutores Faustul⁹ & Cādid⁹ Post rligiōis igressū

Faustu. c Audide quo casu patrijs ꝓcul actus ab oris
Hęc in rura venis? hic pascua nulla nec ānes
Nec liquidi fontes. nec ouilia tuta. nec vmbre
Et tamen assiduos gregis hęc pascuntur in vsus
Candi. Faustule me noster corydon qui plurima quondam
His armenta locis habuit. magnamq; peculij
Congeriemq; fecit. pecori me credere adegit
Esse salutares istis in montibus herbas
At postq̄ segnes agros & inertia saxa
Vidimus. & siccis arentem fontibus vndam
Penituit longeq; vie patrieq; relicte
Faustu. Postq̄ te incolumem saltus intrare latinos
Contigit. antiqui potes hęc mea tecta subire
Jure sodalitij. sunt hic mihi pauperis agri
Jugera pauca. mei vix sufficientia vite
Quicquid id est. commune puta. tibi forsitan vlla
Prospera sors aderit. fortuna simillima vento est
Caricee succede case. dum preterit estus
Dum grex in gelida procumbens ruminat vmbra
Pone pedum. discumbe parum. recreabere potu
Potu opus est. potu iste grauis compescitur estus
Pocula prehende fluet melius post pocula sermo
Candi. Pocula quis tanta demens estate recuset
Faustu. Vina sitim minuunt. animiq; doloribus obstant
Vina vt amicitias vires ita corporis augent
Hęc parit ora bonos. si patria vina racemos
Candi. Funde iterum. potare semel. gustare. secundus
Faustu. Colluit os potus. calefacta refrigerat ora

Tercius. arma siti bellumq; indicere quartus
Aggreditur. quintus pugnat. victoria sexti est.
Septimus xenophili senis hec doctrina triumphat
Res est consilijs secura fidelibus vti Candi.
Utile doctrinis prebere senilibus aures.
Victa sitis. mens egra manet. cureq; supersunt.
Ut sedata sitis sic mens sedabitur egra. Fau.
Funde merum bibe: cardiaco medicina dolori hec
Utitur ad curas isto medicamine roma.
Omne opus atq; labor vult interualla quiescat Candi.
Obba parum. contra muscas impone tabellam
Non madet imbre dies: nec habet nox humida rorē
Crescere nec duris possunt in cotibus herbe
Importuna fames. labor improbus aeris ardor
Confecere gregem macie· vix debile corpus
Spiritus eger agit. vacua cute porrigit ossa
Clunis ⁊ textilis caua contrahit ilia venter
Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat
Nunc oue debilior pauidoq; fugacior agno est.
Hec mihi sed nimium me ardentia vota ferebant.
Omnia diuino predixerat omine cornix
Vix egressus eram limen. cum tristia portans
Auguria a dextra venit tegetisq; sinistre
Culmine concedit. pressoq; minaciter ore
Vociferans iter auspicio prohibebat aperto.
Heu pecus infoelix quod lacte ⁊ prole solebas
Affluere in nostris licuit dum pascere campis.
Grammina dum queris succi plus perdis eundo
Quam referas pastu simul hic tabescimus ambo
Tu tenui victu. curis ego victus amaris.

Fau. O nostre regionis opes. o florida prata
O campi virides. o pascua leta ferax[que]
Et nunq[uam] sine fruge solum. currentia passim
Flumina per villas. riui per rura per hortos.
Hinc pecus. hinc agri pingues. sub sidere cancri
Cum tritura sonat passim. cum iulius ardet
Arua virent texere lento de vimine sepes
Poma ferunt. redolent ipsis in vepribus herbe

Candi. O nemorum dulces vmbre. mollesq[ue] susurri
Quos tecum memini gelidis carpsisse sub vmbris
Turturis ad gemitus. ad hirundinis ac philomene
Carmina: cum primis resonant arbusta cicadis
Aura strepens folijs nemorum veniebat ab euro.
Et baccata super tendebat brachia coruus.
Ipse solo recubans pecudes gestire videbam
Atq[ue] alacres teneris luctari cornibus agnos.
Post sumnos per grauem humi nunc ore supino
Aut flatu implebam calamos. aut voce canebam
Pectore nunc prono rutilantia fraga legebam

Fau. Viuere tum foelix poteras. diciq[ue] beatus
Sed bona q[uod] nondum fueras expertus acerbam
Villis erat tibi. teq[ue] ideo fortuna reliquit
Quando iterum veniet veniet. si forsitan vnq[uam]
Sicut capreolis sursum nitentibus herent.
Stipitibus vites. stringuntq[ue] tenaciter vlmos.
Sic illam tu prende manu neu desere prensam.
It. redit. effigiem mutat. nec imagine constat
Par lamijs quas nocte ferunt errare per vmbras.
Mobilis vt facies ita mens deludere gaudens
Quod dederat tollit. pensi nihil. omnia casu.

Qui nimium metuunt sapiuntve repellit ꝛ odit.
Delicias patrij quotiens reminiscimur agri ... Candi.
Ferre tot erumnas animo non possumus equo.
Sed quo mente feror. casu afflictatus acerbo
Unde magis crucier. foelicia timpora voluo.
Magis adest florent vites humilesqꝫ geniste:
Jam spicata seges. malus iam punica multo
Flore rubet. redolent sepes albente sabuco
In patria per rura padi. per pascua rura minti.
Hic vero nec dum incipiunt pubescere montes
Quod si vere solum torpet quid frigora brumme
Solstitiumqꝫ feret. gelidis cum terra pruinis
Albicat ꝛ rapido cum celum incanduit estu:
Sunt tamen hic armenta. quibus cutis vuida ceruix
Non signata iugis. gemino frons ardua cornu
Luxuriansqꝫ toris pectus. nisi pabula carpant
Non arat hac tanta humectum piguedine corpus ... Fau.
Hec armenta quibus caput a tellure leuatur
Altius. ꝛ cui sunt longa internodia crurum.
Cuncta vorant. herbas primum. mox ore supino
Arboreas frondes summeqꝫ cacumina sylue
Hoc imbelle pecus quod humi nascentia tantum
Gramina decerpit. vacuis ieiunat in aruis.
Quid verbis opus est: cunctis animantibus vna est ... Candi.
Condicio. semuper maiora minoribus obsunt
Agna lupo. mites aquilis sunt preda columbe.
Innocuos delphin venatur in equore pisces
Unde fit hoc: certe res prodigiosa videtur
Hec loca si procul hinc videas e rupibus altis.
Pingue solum. ꝛ multo vestitum gramine dicas

Quo magis appropias tanto magis omnia sordent

Spl. Hoc est roma viris auibus quod noctua. trunco
Insidet. ⁊ tanq̄ʒ volucrum regina superbis
Nutibus a longe plebem vocat. inscia fraudis
Turba coibit, grandes oculos mirantur ⁊ aures
Turpe caput. rostriqʒ minacis acumen aduncum
Dumqʒ super virgulta agili leuitate feruntur
Nunc huc. nunc illuc. alijs vestigia filum
Illaqueat. retinent alias lita vimina visco.
Predaqʒ sunt omnes vernbus torrenda salignis

Candi. O bellum hoc. poterit dici nihil aptius vnq̄ʒ
Sed procul en coluber tortos in puluere gressus
Flectit. ⁊ exertis sitiens ferit aerea linguis

Fau. Candide quę moneo memori sub pectore serua
Quando inter syluas gradieris defende galero
Lumina: namqʒ rubi pretendunt spicula longis
Dentibus. ⁊ curuus descerpit pallia mucro
Nec depone pedum. multaqʒ armare memento
Cote sinum: ne te subito nouus opprimat hostis
Et perone pedem tegito. spineta colubris
Plena hominum vite morsu insidiantur amaro
Et tunc longa dies estu facit aere venenum
Mille lupi totidem vulpes in vallibus istis
Lustra tenent. ⁊ quod dirum ac mirabile dictu est
Ipsi homines (huius tanta est violentia coeli
Sepe lupi effigiem moresqʒ assumere vidi
Inqʒ suum seuire gregem: multaqʒ madere
Cede sui pecoris. factum vicinia ridet
Nec scelus exhorret: nec talibus obuiat ausis
Sepe etiam miris apparent monstra figuris.

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Que tellus affecta malis influxibus edit
Sepe canes tantam in rabiem vertuntur. vt ipsos
Vincant cede lupos. et qui tutela fuerunt
Hostiles ineunt animos. et ouilia mactant.
Fama est egyptum coluisse animalia quedam
Et pro numinibus multas habuisse ferarum
Ista superstitio minor est quam nostra. ferarum
Hic aras habet omne genus. contraria certe
Nature res atque deo. qui dicitur olim
Preposuisse hominem cunctis animātibus vnum
Sepe etiam morbosa estas. et pestifer annus
Ingruit. et passim langueus pecus omne per arua
Sternitur: extincte dum balat ad vbera matris
Agnus obit. moritur duro sub pondere taurus
Nec modus est morbo. non est medicina veneno
Sed vicina domus vicino a limine mortem
Haurit. et assidue sumunt contagia vites
Ista feras raro pestis rapit. vtile semper
Fert pecus. extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi: nostraque fere iactura opulescunt
Heu heu quam preceps miserum me insania traxit Candi.
Credere fallaci grauis est dementia fame
Romuleos colles. tyberim. romanaque tecta
Audieram. et studio mensa est accensa videndi
Ducendique bonis in tot prestantibus euum
Accessi cum parte gregis. tentoria demens
Totum pene larem cum pastoralibus armis
Trans iuga summa tuli. mulctralia. cymbia. ahena
Et cacabos. et quo formatur caseus orbem
Phagineum. impensam atque operas ammisimus ocis

Quid faciam? quo me vertam? sperata negantur
Pabula. tot casus, tot vbiq pericula. cogor
In veteres remeare casas: et cepta fateri
Consilijs egressa malis. iterumq per estus
Et montana pati longos per saxa labores.
Heu pecus infelix. o leuo sidere pastor
Huc aucte. fuit multo prestantius istud
Ignorasse solum. patrioq in limine tutos
Consumpsisse dies. gelidis senuisse sub antris
Atq padi circum ripas atesisue per agros
Aut vbi per virides campos et pascua nota
Mintius it. vel qua vitreo nata abdua cursu
Consedisse. gregem pauisse salubribus herbis

Fau. Te tua credulitas. et me mea fallit in oras
Vidi ego supreme qui prosperitatis habebant
Culmina. dum laudata petunt. cecidisse: nec vnq
Emersisse malis. facit experientia cautos
Hi prius explorant: et non laudata sequuntur
Omnia laude carent que sunt meliora. fuerunt
Non nego que famam retinent. ac nomina seruant
Cuncta suis pollent vicibus. luna. adria. troia
Saluia. quas nobis memorabat sepius vmber
Nomine sunt solo. deleuit cetera tempus.
Si minor est patrie forsan modo gloria nostre
Res tamen est melior. laudate gloria rome
Quanta sit. in toto non est qui nesciat orbe
Fama quidem manet: vtilitas antiqua recessit
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes
Nunc humore carent. venis aqua defuit haustis
Nulla pluit nubes. tyberis non irrigat agros

Tempus aque ductus veteres contriuit. ꝛ arcus
Et castella ruunt. procul hinc. procul ite capelle
Hinc ieiuna fames. ꝛ languida regnat egestas
Hic tamen vt fama est. ꝛ nos quoqꝫ vidimus ipsi
Pastor adest quadam ducens ex alite nomen
Lanigeri pecoris diues. ditissimus agri:
Carmine qui priscos vates atqꝫ orphea vincat
Orphea qui traxit syluas ꝛ saxa canendo
Hic alios omni tantum virtute latinos
Exuperat. quantum tyberim padus. abdua macram
Lenta salix iuncum. tribulos rosa. populus algam
Credimus hunc illi similem. cui tityrus olim
Bissenos fumate dies altaria fecit
Hic ouium custos ipso vigilantior argo
Daphnide nec solum sed eo qui dicitur olim
Admeti pauisse greges per thessala rura.
Doctior. omne pecus solymi curare magistri
Dignus: ꝛ antiquo dignus succedere patri
Qui fuit assyrij pecoris post retia pastor
Iste potest seruare gregem. depellere morbos
Humectare solum. dare pascua. soluere fontes
Conciliare iouem. fures arcere. luposqꝫ
Si fauet iste mane. q̄ si negat iste fauorem
Candide coge pecus. melioraqꝫ pascua quere

¶ Finis

¶ Aegloga Decima q̄ d꞉ Memb⁹ de fratrū obseruātiū ꝛ nō obseruantiū ꝯtrouersia Colloquutores Candidus Bembus Batrachus. ꝛ Myrmix

¶ Post religionis ingressum

Candi. Maxima pastores agitat discordia Bembe
Qui solymos colles galileaqꝫ rura colebant
Batrachus hinc. myrmix illinc certare parati
Judice te paucis si non audire recusas.
Et nisi te reuocant maiora negocia dicent
Tu pater es vatum. tu scis componere lites
Jurgiaqꝫ ⁊ blandis conuicia tollere verbis
Te quoqꝫ pierios fama est potasse liquores
Et vidisse deas. quibus est custodia sacri
Fontis. ⁊ eurote campos. ac phocidis arua
Ipse vbi fronde sua tibi tempora cinxit apollo
Dona dedit citharam. neruos ⁊ eburnea plectra

Bem. Dicite quandoquidem tepidos admouit ad ignes
Nos hyberna dies. dum non sinit ire per agros
Brumma gregem: flatu boreas dum seuit acuto.
Dum riget omne solum. rectis dum plurima pendet
Stiria. dum torpent sub aquis glacialibus amnes
Ocia damnantur. que nulla negocia tractant

Myr. Pastores genus infelix. estate vagamur
Pro grege solliciti. sed cum nos frigidus imber
Continet in stabulis. lites ⁊ iurgia surgunt

Batra. Qui veteres audent ritus mutare. suoqꝫ
Arbitrio. ⁊ nullis ducunt sub legibus euum
Hi sunt o myrmix. qui bella domestica gignunt

Bem. De veteri ritu. de consuetudine patrum
Rixa igitur vobis: leges moresqꝫ parentum
Batrache dic. dic cur nostrum venistis in orbem
Ex phenice solo. nos pascua vidimus illa
Vidimus herbosos felici vlligine campos
Vertice carmeli vitreis vberrimus vndis

Fons cadit. & rauco densum nemus irrigat amne
Uidimus & iordanis aquas. vbi maximus olim
Pastor oues mergens scabiem resecauit auitam
Amnis hic a libano veniens galilea per arua
Transit & ampla lacu consurgit in equora magno
Unda cobit rursum rursum mare fundit apertum
Urbs vbi romam de nomine dicta tyberi
Unda cobit rursum. tandem hiericonte relicta
Intrat in infames asphalti gurgitis vndas.
Hinc satis est nos oram. omnem vidisse probatum
Dicite & hinc tandem vestras demergite lites.
Batrachus audaci semper sese ingerit ore. Myr.
Et mihi se prefert magno temeratius ausu
Non ego me ingessi. processi a iudice iussus. Batra.
Pone pedum myrmix. & tu quoqꝫ batrache non est Bem.
Orandum armatis manibus. sed mentibus equis
Batrache dic. myrmix animi compesce furorem
Interea vt venias magis. ad responsa paratus.
Qui furit insanit. qui vero insanit amato
Impatiens animo. nec corda nec ora gubernat
Quicquid ait vanum est quicquid molitur. ineptum.
Bembe genus nostrum. generisqꝫ exordia dicam Batra.
Uenimus assyrijs vt candidus inquit ab oris
Est pater helias nobis. qui sustulit armis
Pastorum genus omne malum: qui traxit olympo
Flammigeros ignes. qui ascendit in ethera curru
Nobile & antiquum genus hoc. & clara propago. Bem.
Pastores alij quotquot per rura vagantur Batra.
Omnia sunt riui nostris a fontibus orti.
Nos dedimus leges: pascendi ostendimus artem.

Quo magis hi peccant. qui cum sint ordine primi
Primatum ammittunt studia inconsulta sequendo
Nos radix. alij rami. sed nos quoqꝫ rami
A veteri radice patrum iam etate caduci
Tradidit helias certam pastoribus artem
Qua curare greges. qua noxia pabula fas est
Discere. ⁊ occultos imbres. ventosqꝫ latentes
Qui ve salutaris foret. ⁊ qui pestifer annus
Signa dedit. nihil omni fit quod ouilia tangat
Sed fons ille fluens. carmeli e rupibus altis
Tam nitidus quondam. tam dulci lympidus vnda
Tramite mutato (patet id) modo currit in austrum
Sed prius (extat adhuc vetus alueus (ibat ad ortum
Hi cursus fecere nouos. liquere priores.
Quos dederat riuo veterum prudentia patrum

Myr. Quid tibi siue nouo currat. seu tramite prisco.
Dummodo fecundis humectet pascua lymphis?
Et quid de celi quereris regione: per austrum
Solis iter. melior vitis. que respicit aurum

Batra. Et melior legitur libycis de collibus vua
Est melior taxus. boream que respicit. ergo
In boream melius poterat decurrere riuus
Pastores. ⁊ cura pecoris malesane relicta
Sermonem de vite facis. quasi legibus hisdem
Grex ⁊ vitis eant. nec quod discrimen in vndis
Gramineqꝫ ⁊ ventis nosti. ⁊ ꝙ noxius auster
Sit pecori. disce a roma si noxius auster.
Cur mutinensis agri pecudes sunt vellere fusco
Cur clitumnus habet niueas. cur mantua molli
Lanicio excellit: veronaqꝫ proxima manto?

¶ Carmina Bucolica Mantuani.

Unde hęc multiplici rerum variantia forma
Non aliunde nisi a celis a gramine ⁊ unda
Candide utrisq; pedum ꝓcul hinc (rogo) ꝓtinus aufer — Batra.
Inter eos hodie video bellum acre futurum
Clam cape. ⁊ auferto. subter sarmenta recondе
Bembe mihi tecum sermo est. dum viximus una — Bem.
Dum commune pecus nobis fuit. hei mihi quantum
Dedecus. heu quo sunt pecudes incommoda passe.
Nec mersare gregem fluuio. nec vellera certis
Temporibus. sicut mos est. tondere licebat
Nudabat spineta pecus. nudata secabant
Terga rubi. scabie cutis aspera. tabidus humor
Pestis. ⁊ in totum serpebant ulcera corpus.
Multum igitur refert pecudes quę pabula carpant
Flumina quę potent. ⁊ qua regione morentur
Dic mihi dic myrmix. priscum cur lana colorem
Perdidit: hęc gregibus quidnam noua vellera fecit
Cur pecus est nigrum. quod erat melioribus annis
Clarum: immutarunt mutati vellera mores
Bembe ad te redeo. paucis absoluere. nitar
Sed quo digna omni tua sit sententia laude
Vera loquar. tu iura tenes. ego facta docebo
Iudicium reddit verum enarratio vera.
His animaduersis egre tot damna ferentes
Venimus ad fontem. riuumq; a vertice summo
Scrutari mihi cura fuit. tu prouide myrmix
Interea nidos auium vel dorcada paruam
Venabare. tue que dona darentur amare
Bembe vides ut aperta in me conuicia torquet — Batra.
Auguror. ista manu lis est non ore agitanda

Vos mihi non lingua. maledicta refellere dextra
Myr. Batrache ne verum taceam. linguosior equo es
Iurgia bilem acuunt conuicia pectus acerbant.
Non tibi cum puero res est: nec homuncio myrmix
Res male tuta viros lingua irritare proterua
Batra. Da veniam myrmix: amitam proferre volenti
Nescio quis mihi misit in os malus error amatam
Myr. Do veniam. caue ne rursum me voce lacessas
Batra. Alueus excelsa saliens de rupe lacunam
Foderat: et clausis ripas equauerat vndis
Gurges erat textu syluarum vmbrosus opaco
Densaque sepierant tristem spineta lacunam
Mille venenorum species in gurgite vidi
Mille secus ripas in opaco margine. mille
Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu.
Obstupui. et rapido rediens ad ouilia cursu
Incipio paleas furca versare tricorni
Ecce caput tollit coluber. linguaque trisulca
Sibilat. inflantur fauces. nepa liuida tendit
Bracchia: ventrosus profert vestigia buffo
Vlipera per stipulam gradiens strepit. o loca dixi
Non pecori tantum. verum et pastoribus ipsis
Noxia. mox grege diuiso de sedibus illis
Pascua quesitum tristis meliora recessi
Perque iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos. vbi prima suos aurora colores.
Explicat. et croceos phebi redeuntis ad ortus.
Hic mihi fecunde pecudes. hic pascua leta.
Et sine labe liquor. dulces sine crimine lymphe.
Hec loca primeui sunt que coluere parentes.

Signa case superant. puteus cariosaq₃ ligna
Fixa solo. seiuncta pedum discrimine septem.
Et focus ⁊ lacera que cingitur area sepe.
Cura viris leuibus rerum solet esse nouarum — Myr.
Propterea certe noua pascua queris: ⁊ amnes
Fingis inauditos. ⁊ vis nouus autor haberi
Cura viris grauibus rerum solet esse suarum — Batra.
Propterea myrmix nimis a grauitate recedis.
Hec nouitas non est nouitas. sed vera vetustas.
Relligio ⁊ pietas patrum instaurata resurgit.
Quam tua corrupit leuitas. ⁊ nota tuorum
Segnicies. igitur si quis labentia tecta
Erigat. ⁊ sterilem qui mansuefecerit agrum
Judice te damnandus erit. non ponitur arbor
Altera. sed veteri inseritur bona virgula trunco
Segne prius lignum nostro fit fertile cultu.
Quamuis pīgue tuo pecori sit gramen ⁊ vnda — Myr.
Defecata tamen multe cum matribus agne
Interiere. lupi ⁊ paste meminere volucres
He fateor que dira tue contagia pestis — Batra.
Accipere. etiam procul aspicientibus obsunt.
Tantum virus inest. vestri vis tanta veneni.
Propterea magis atq₃ magis discedere semper
Est animus patitur pecus hec incommoda nostrum
Sola ꝙ in vastam nondum discessit in eremum
Nec satis a vobis procul in deserta recessit.
Batrache de gregibus mentiris plurima nostris.
Certe alienarum tibi cura superflua rerum
Et temere assumis partes censoris iniqui.
Cur mihi qui pasco. cuium pecus. ista tueri

Non. licuit. solisne domus mea cognita vobis.
Batra. Aethiopes vna quoniam nigredine sordent.
Ille color nulli vicio datur. omnibus idem
Vultus: et alterius siquis reprehenderet ora.
Et sua damnaret pecori pecorisqz magistris.
Fex eadem scabies eadem. cutis et color idem
Gem. Parcite iam satis est lis intellecta diesqz
Inclinata cadit. iam post iuga summa ruit sol.
Audite o magni generis longeua propago.
Lite super vestra que sit sententia nostra.
Batrache me audaci totiens sermone lacessis.
Batra. Non ego. sed non equa magis te causa lacessit.
Judiciumqz timet sibi mens male conscia iustum
Can. Quando inimicicias tempus deponere rursum
Vestra nouas lites vecordia suscitat. ergo
Perpetuis. hec rixa odijs eterna manebit.
Que vos debilitas capitis que insania vexat:
Non pudet his vti tanto sub iudice nugis:
Ergo animis audite equis odijsqz sepultis
Ultima doctiloqui que sit sententia bembi
Gem. Ferte per antiquos patrum vestigia gressus:
Et veteres seruate vias. reuocare vagantes
Per valles et saxa greges. per lustra ferarum.
Figite in antiquis iterum magalia campis.

¶ Finis.

Explicit carmen bucolicū. Mantuani Impressum Da
uentrie Per me. Richardum paffraet Anno dñi. M.
CCCCC. ij. In profesto Lucie

Baptiste Mantuani Carmelite De vita diui Lodowici morbioli. Et ad magnificum Jasonem Castellum patricium Bononiē sem de cōtemnēda morte. Eiusdem i duiū Albertū Carmelitam. Et contra poetas impudice loquētes. Carmina incipiūt.

¶ Epigrāma Iudoci badij Ascensij ad Calliopeam de autore sequentis operis magistro Baptista Mantuano

Desine castalios tantum celebrare liquores
Desere parnasi calliopea iuga
Te baptista vocat quo vate superstite sanctus
Mons Carmelus hz quicquid apollo potest
Quicquid apollo potest. quicq̄d concessit homero
Uirgilio quicquid contulit ille potest
Fac age diuinis dum subligis ocia rebus
Percurrat nitida plectra sonora manu
Psallat quale tuū vix posse sonare putares
Phoebum vel doctas ludere pieridas
Orpheus inferno potuit si educere manes
Coniugis. ille animas carmine in astra vehat
Uates claude auris. hoīm ne laude feraris
Nemo tuis meritis digna referre queat
Te decet angelicum carmen. te laurus opima
Oris te in superis parta corona manet
Mantua te genuit magni patria illa maronis
Per te smyrneas mantua vincit opes
Te qm̄ viuo meruit tua mantua. quicquid
Laudis habet latium grecia quicquid habet
Uiue vale foelix o nostri gloria secli
Hec inculta hilari carmina fronte legens.

¶ Ad Innocētium octauū. Pontificem maximum: Cultissimi viri Baptistę Mātuani Carmelitę. Theologi: de vita Diui Lodowici morbioli Boñ. Carm̄.

Maxime pontificum: triplicem qui fronte coronam
Et duo sacrata qui geris arma manu.
Nostra tuis impar meritis facūdia: nondum
Ausa est in laudes soluere vela tuas.
Crescat vt: interea quędam leuiora canemus:
Parua leuem faciūt ad grauiora viam.
Uadat ad audaci spaciosa per ęquora cursu:
Discit in exiguo currere cymba lacu.
Non igitur pręclara tuę primordia dicam
Gentis: et excelsum nobilitate genus.
Non patrię innumeras dotes: quę sufficit vna:
Classe sua toto bella mouere freto.
Bella mouere freto: partosq̀ referre triumphos:
Tam valide remos tractat: et arma lygur.
Adria: et adriaci meminerūt littora ponti:
Quam grauis a lygurum venerit vrbe furor.
Cum genuę miles terram populatus: et ęquor
Oppressit venetos obsidione lares.
Pretereo ingenuos mores: mentemq̀ benignam:
Aureaq̀ ęgroto munera missa mihi.
Munera quę vires instaurauere caducas:
Et quibus in longos it mea vita dies.
Quale refrigerium terrę solet imber adustę
Ferre: sub ardenti cum iacet ęgra cane.
Tale dedit nobis fuluo piscator in auro:
Qui trahit ex alto retia plena mari.

Dona laborantem: rapidoq; in vortice tortam:
In placidos portus restituere ratem.
Preterea summum terre: coeliq; fauorem:
Et data virtuti premia tanta tue.
Tu regis eternis immensum legibus orbem:
Et premis equali colla superba iugo.
Sancta procul positi subeunt tua limina reges:
Et pedibus figunt oscula prona tuis.
Nec tamen in tanto tibi mens inflatur honore:
Sed vehitur placida mitis habena manu.
Hec: et plura suis olim memoranda diebus:
Nunc sileant cythare languida fila mee.
Nunc lege: que tenui resides excudimus orsu
Carmina: coelestis de pietate viri.
De pietate viri: cuius mirabilis ardor
Rettulit in priscum tempora nostra decus.
Ipsius illustrat presentia secula virtus:
Et leuat ex imo tpa nostra loco.
Occiderat nostro diuu reuerentia seclo:
Nullaq; diuinis gratia rebus erat.
Pro pietate dolus: pro relligione libido
Venerat: ex toto fugerat orbe fides.
Numina ridebant homies: vanumq; putabant
Vota dare auctori relligiosa suo
Iste lycaonios mores in pallida mittens
Tartara: virtutes in sua regna tulit.
Qualis in habramo pietas: vel qualis in ipso
Pectore sacrifici melchysedecis erat.
Talis in hoc dum vixit erat: scelus omne subegit
Victor. honestatis protulit omne genus.

Huic erat humanum superans patientia morem
Qualis in antique semine gentis erat.
Qualis in egypti patribus: qui rura colebant
Inuia: et ardenti marmora cocta die.
Nomen erat sacra ductum Lodowicus ab amne:
Mystica cum tenerum diluit vnda caput.
Morbiolus vero prisce cognomine gentis
Dicitur: hac omnis cognita voce domus.
Protulit: et teneris puerum nutriuit ab annis
Et natale solum felsina docta fuit.
Felsina dicta fuit sermone bononia prisco:
Metropolis tusce dum regionis erat.
Flaminios tractus Boi tenuere coloni:
Ex quib9. hec vrbi nomina facta ferunt.
Prisca noui casus mutare vocabula possunt:
Et fieri nouitas a nouitate solet.
Tunitium nunc est: Byrsam dixere priores.
Urbs noua nunc olim: Parthenopea fuit.
Moenia que veteri fuerāt Bizantia voce
Inclyta romani nomina regis habent.
Gens hui9 nec clara fuit: nec nomis expers:
De medio vrbane sanguine plebis erat.
Non robusta nimis: non imbecillia multum
Membra: nec immēsum: nec breue corp9 erat.
Forma decens homini: coma mento: et vertice nigra:
Crispaq; cesaries: oraq; fusca parum.
Iste sue nuper foelicia tempora vite
Clausit: et ad coeli limina fecit iter.
Ultima seruiuit studijs melioribus etas:
Immūdas habuit prima iuuenta manus.

Nanq; venenosi sensit contagia mundi:
Et vada lethee pene subiuit aque.
Prima malis oritur circũdata moribus etas:
Et mouet in mentes plurima bella nouas.
Sordet: et est ingens scelerum sentina iuuetus:
Nec patitur frenos: nec iuga ferre potest.
Ipsa potest toti tenebras inducere vite:
Et vitijs canos cõmaculare suis.
Est fera: nec leges: nec publica iura veretur
Seuit: et indomiti more superbit equi.
Est igitur primũ duris arcenda lupatis:
Atq; graui semper sollicitanda metu.
Ne ferat in preceps hoiem: subigenda flagelli:
Excrucianda siti: conficienda fame.
Adde: q humanum rabies temeraria ditis
Fallit inaudita calliditate genus.
Hic iuuat inferni riuos ostendere fontis:
Qui stygis in mundũ flumina nigra ferunt
Ambitiosus honos: et opes: et foeda voluptas:
Hec tria pro trino numine mundus habet.
He sunt precipites furie: quibus vtitur ardens
Orcus: et in terram seminat omne scelus
Hic rapuit misero saphiram cum cõiuge vortex
Terraq; mendaces condidit vna duos.
Hec obscura pium mersit dauida vorago:
Hinc salomon preceps iuit in omne nefas.
Absolon elati furijs agitatus honoris:
Flebile de querna fronde pependit onus.
Hec pariunt rixas: rabidis fora litibus armant:
Hec acuũt acri martia bella sono.

Nec adigunt duros hominem tentare labores:
Et maris: et terrę sollicitare solum.
Huc humana suos vertit prudentia sensus:
Huc homines curas: et sua vota ferunt.
Te quoq; certarunt hi tres Lodowice tyranni
Perdere: et in stygios precipitare lacus.
Sunt maris: et terrę diuisa pericula nobis:
Quemq; suę syrtes & sua scylla manet.
Illicitis virides lucris pessundedit annos:
Et vigil iniustas accumulauit opes.
Fingere: fraudari: fictos componere vultus
Doctus: et incautos illaqueare pedes.
Qualiter hyberno lupus insidiatur ouili:
Ad tepidum matris dum cubat agna latus.
Taliter ad nũmos hic inuigilabat: et istud
Eximia dignum laude putabat opus.
Mercurij tales memorant sub sydere nasci:
Uersutos: duplices: foedi fragosq; viros.
Callidus ad merces fuit: ingeniosus ad aurum:
Nec minus in veneris gaudia pronus erat.
Talibus insidijs clausus languebat: et istis
Artibus ingenium se iuuenile dedit.
Affuit indulgens summi clementia patris:
De stygio lapsum traxit ab amne pedem.
Sęua virum coeco febris circũdedit ęstu:
Intimaq; inuasit feruidus ossa calor.
Procubuit lecto: gemitus: lamentaq; surgunt:
Et trepidant alto saucia corda metu.
Arida lingua sitim patitur: suspirat anhelum
Pectus: et alternis vocibus ora gemunt.

Morte premi: venisse putat sua fata: diemq;
Funeris: et vitę tempora summa suę.
Vertitur ad superos: et numina sancta pręcatur
Votaq; dat. Res est relligiosa timor.
Sic quoq; Frãciscus tenebras pallentis auerni
Fugit: et est tali raptus in astra modo
Sunt qui blandicijs: sunt qui terrore vocentur:
Et tamen hos omnes spiritus vnus agit.
Blandicijs simon: flãmis & fulgure paulus
Qui fuit ex acri fulmine pulsus equo.
Aegra caro prodest aĩo: defuncta reuixit
Mentis ab ęgroto corpore nata salus.
Mens oculos in se vertens sua vulnera vidit:
Erubuit: sordes ingemuitq; suas.
Aetheream pulsa vidit caligine lucem:
Et noua de coeli splenduit arce dies.
Mox furor est extinctus opum: deleta voluptas
Noxia: mundani pulsus honoris amor.
Ars hoĩem diuina nouũ formauit: vt ipse
Ad veras patrię nos animaret opes:
Esset et ignauos homĩes: qui posset ab orco
Flectere: ad ęternę limina sancta domus.
Huius vt exemplo posset resipiscere demens
Felsina: et errori ponere frena suo.
Felsina quę rixis. Et fuso sanguine semper
Sordet. Et ęterna seditione fremit.
Felsina quę turget fastu distenta superbo:
Felsina Auaricię. Luxurięq; parens.
Hic tibi monstrauit sanctę compendia vitę:
Atq; breue ad coelos insinuauit iter.

Sic deus Albertum drepano concessit: vt omnis
Insula per monitus iret: et acta senis.
Illum magnus eryx: illum lilybeus honorat:
Et vada messani libera facta maris.
Sed mihi nūc esset plectro meliore sonandum:
Nam modo virtutis singula facta canam.
Nec erat heroo res extollenda cothurno:
Nec fuit imparibus cōmemoranda modis.
Cum prius extincto cœpit resipiscere mundo:
In piceam vertit tegmina prima togam.
Nec color artis erat: sed vellere natus in ipso:
Qualia carmelus tegmina verus habet.
Post aliquot cœpit tunicis albentibus annos
Vestiri: et cultu pauperiore tegi.
Sz neqz mox abijt summā virtutis in arcem:
In loca maturo se tulit alta gradu.
Ut maiora potens sumebat robora virtus:
Sic magis in corpus durus: et asper erat.
Arbor vt ex ima radice valentior exit:
Durior est cortex: asperiorqz liber.
Nec duo crescebant pariter: surgebat in horas
Corporis asperitas cum probitate simul.
Sicut vbi equeue vitis cōiungitur vlmus:
Utraqz certatim tollit in astra caput.
Ipse decembrales brumas: et frigora iani
In rudibus pannis: simplicibusqz tulit.
Calce tulit nudo gelidi graue sydus aquari:
Frigore concretis cum padus albet aquis.
Calce lutum nudo: glaciemqz ferebat: et imbres:
Tergaqz saxosi puluerulenta soli.

Forsitan obijcies nudis incedere plantis:
  Qui meroes habitant. ethiopumque domos.
Et qua nilus agros pingui foecundat arena:
  Qui nigro pluuias a garamante vehit.
Qua vetus extruxit babylona semiramis vrbem:
  Tigris vbi armenias in mare voluit aquas.
Scimus. et hec illis placidi clementia coeli
  Dona locis fecit. temperiemque dedit.
Illic perpetuo vestitur gramine tellus.
  Semper et assidui munera veris habet.
Semper alunt arabes redolentia cinnama campi.
  Semper habet foelix pinguia thura solum.
Humida semper habent tepide sua balsama valles.
  Semper habet violas. lilia semper humus.
Illic rura vides nullis albere pruinis.
  Ferre licet nudos illa per arua pedes.
Nostra nimis gelidam regio declinat ad arcton.
  Terraque sub sterili languet adusta gelu.
Nos nimium flatu boreas infestat acuto.
  Et vincunt scythicas frigora nostra niues.
Vidimus astricto rapidissima flumina tergo
  Ferre viros longis plenaque plaustra vijs
Pertulit estiuos nudato vertice soles.
  Atque caloriferę morbida signa canis.
Vestibus attritis inopes circundabat armos.
  Qui prius ardenti murice clarus erat.
Impexi capiti crines. impexaque barba.
  Oraque neglecte rusticitatis erant.
Expulit argenti zonam splendore nitentem.
  Funis in immunda forte repertus humo.

Coniuge deserta viridi cui nupserat euo:
Duxit ad extremũ tempora casta diem:
Et quia non est fas gratis dimittere nuptam:
Plerique hoc illi non licuisse volunt.
Sed scelus est homini: scelus hoc impingere sancto:
Nam quecũque fuit causa: pudica fuit.
Sedibus incertis errans aliena subibat
Tecta: sibi ꝓpriam non tulit esse domum.
Urbe vagus: tandem lupari intra limina pauli
Fecit: in obscuro vilia claustra loco.
Nec domus ampla fuit: verum breuis: atra latensque
Mansio: et in media vix adeunda die.
Legerat hoc: veteris mores imitatus alexi:
Hospicium pallens: multiforemque casam.
Moesta sepulture fuit hec pallentis imago:
Sic potuit fati flebilis esse memor.
Sic potuit multos animi cõpescere motus:
Et stimulos tali debilitare modo.
Hac resecare solent sancti mala gramina falce:
Et nimis ardentes mortificare focos.
Lectus humus: vel strata solo sarmenta: vel asser
Durus: et ad nudam pallia dura cutem.
Sternebat fragilem stipulam: cum molle grabatum
Debilibus membris posceret egra caro.
Sic cum sanus erat: sic cum languore cubabat.
Uita fuit paulum deliciosa scelus.
Ceruical non mollis anas: non plumeus anser:
Non dedit exuto vellere tonsa pecus.
Sed lapis: aut rigida cõuulsus ab arbore truncus.
Ne premeret segni membra quiete sopor.

Longa fames macie tenues affecerat artus:
Crispabatq; cauam pallida ruga cutem.
Neue famescētem caperent obsonia linguam:
Ibat in appositas multa fauilla dapes.
Neue putes solitum lautis accumbere mensis:
Altius hęc repetam: lucidiusq; canam.
Pinguibus abstinuit: nec viscera contigit ore:
Ne fieret menti seditiosa caro:
Panis: poma: nuces: hortensia gramina raro
Cocta: cibus lustris ista fuere tribus.
Gramina si coxit numq̃; tamen vnxit oliuo:
Nulla dedit ventri gaudia: nulla gulę.
Squāmiferꝝ forsan voluit si mandere piscem:
Torruit ardenti prandia parca foco.
Victus erat: qualem mundo primęua recenti
Terra dedit: salso non vitiata mari.
Ante ratem noes: et fluctus ante marinos:
Quam iuga fatalis ferret in alta liquor.
Tunc erat agresti simplex sub cespite vita:
In lare fumoso: pauperibusq; casis.
Tunc gula parcebat gregibus: secura cubabat
Turtur: et insidias non metuebat aper.
Si pecus occiderat senio: morsu vel lupoꝝ
Forsan: et audaci si fera capta manu.
Tergore dirrepto nudatis viscera costis
Dilanianda feris: alitibusq; dabant.
Pellibus hirsutos velabant corporis artus:
Massagetas contra bystoniasq; niues.
Nulla peregrino rutilabat murice lana:
Nam neq; tingendi velleris vsus erat.

Vestis erat: qualis pecori color ante fuisset.
Pastor erat gregibus concolor ipse suis.
Carica: iuglandes: cōmunia pabula: mensę
Diuitibus priscis: lactea massa faui.
Nunc autem rapidi diffusa licentia ventris
Gramen: auem: pecudes: deuorat atq; feras
Non mare: non tellus satis est: inuaditur aer:
Prędaq; victrici sunt elementa gulę.
Crescit aqualiculus: pingues lemargia vultus
Pingit: et ad ventris pabula semp hiat.
Hinc venus: et veneris proles: et inertia surgit:
Mens hebet: ars dormit: ingeniumq; labat.
Sed ne forte suo nimium de calle recedat:
Deserat excursus versa carina vagos.
Summa fuit genio fraudes inferre voluptas:
Et parco veneres extenuare cibo.
Pocula flumen erat: liquido vel flumine bacchus
Debilis: et cyatho frigida vina breui.
Terra est oīpotens: fit inutilis ęquore bacchus
Propterea nautis prędaq; iocusq; fuit.
Noctibus in lachrymas oculos: in verbera pectus
Soluit: et admissi criminis vltor erat.
Corde graues christi poenas voluebat amaro.
Membraq; crudeli dilacerata manu:
Vincula: et innocuo currentes sanguine riuos:
Vulnera: et in sacrum spicula fixa caput:
Imbre graues oculos: humentem cęde columnam:
Et madidam fluidi rore cruoris humum.
Captus imaginibus numen conceperat istis:
Plenaq; diuinę pectora lucis erant.

Pro miseris mendicus erat: pro paupere questor.
Diuitijs inopes sępe iuuabat inops.
Languida ne fessam sopirent otia mentem:
Sculpebat facili candida signa manu.
Effigies albo sacras signabat in osse:
Cęlestes imitans mente: manuq; viros.
Ossibus illorum vultus: sibi reddere mores
Doctus: in officio sanctus vtroq; labor.
Ne leuis incautam tentaret gloria mentem:
Suspectum armato milite clausit iter.
Nanq; ea virtutum surgit de semine pestis:
Foetus vt e pingui noxius exit humo.
Sepius in vanas transit vindemia frondes.
In lolium segetes degenerare solent.
In vitium: nisi sit virtus abscondita: transit:
Et spoliat mentes gloria vana pias.
Ipsa suis igitur metuens hunc frugibus imbrem:
Inuenit facilem sedula cura modum:
Nam modo per vulgus pando vectatus asello
Ibat: et vrbanę fabula plębis erat.
Uimine nunc duplici cōpressus acumina linguę:
Per fora cōmunis publica risus erat.
Nunc in vincla manus mittens: ad colla capistrum:
Effigies capti vera latronis erat.
Sępe suos hostes bon⁹ hoc stratagemate miles
Uicit: & ex pugna sępe rediuit ouans.
Artibus his curas legi subdebat inanes:
Ista rebellantis vincula carnis erant.
Dignior est qui se: q̄ qui fortissima vincit
Oppida: nec virtus altius ire potest.

Est hoim natura ferox et dura: leonum
Impetus est leuior: tigridis ira minor.
Centauros: hydram: lapitas: nemeeq; leonem:
Cacum. et gerionen aeripedemq; feram
Phlegreos: ericem: volucres: et amazona fortem:
Antheum: hesperides oebaliosq; lares.
Et geminos angues: acheloia cornua: troiam
Alcides domuit: tergeminūq; canem.
Omnia qui domuit veneri seruiuit: et ire
Pertulit hoc nullo victus ab hoste iugum:
Discite quos ducit per sordida lustra cupido:
Quos vaga per prauū semita flectit iter.
Discite quas leges honor: et que lora voluptas
Poscat: ad iniustas quod medicamen opes
Uertite per gressus homis vestigia sancti:
Uos feret in mores orbita sancta pios.
Nec mala prosperitas grandem latura procellam
Ducit ad ignoti stagna vadosa freti.
Flectite vela citi: loca iam male tuta videntur:
Excitat iratos sylla propinqua canes.
Sancta per hunc sacri creuit reuerentia cultus'
Et pietas miro floruit aucta modo
Nanq; salutiferi corpus venerabile christi:
Exigua vetuit relligione coli.
Candida solenni celebrentur vt orgia ritu:
Instituit tedas: multiplicesq; focos.
Ardentes statuit lychnos altaria circum:
Ut sacer accenso luceat igne locus.
Summa dei claram poscit sibi gloria lucem:
Flamma deo debet: coelitibusq; dari.

Sicut enim tristi nox est ęterna sub orco:
Perpetuam coeli sic habet aula diem.
Taliter immensos superum testamur honores:
Nec minimū lux est relligionis opus.
Ardentes pedibus nudis arabat ad aras:
Ipsa premens nudo marmora nuda pede:
Interea tremulo torpebant frigore membra:
Et sensim penetrans ibat in ossa rigor.
Feruida diuino virtus accensa calore:
Durabat nullo diminuenda gelu.
Illecebras vitę molles deus odit. olympi
Clausa voluptati desidieq3 domus.
Sicut in ardenti phoenix se collocat igne:
Ut reparet vitę tempora longa suę.
Sic meditans longos coeli Lodowicus honores:
Omne laboriferum sponte subiuit opus.
Nec tantum exemplo: verum & sermone vocabat
Ad superum turbas limina sancta rudes.
Undiq3 vicinas studuit documenta per vrbes
Spargere: et extinctam viuificare fidem.
Id mutinę pubes meminit: lepidiq3 propinqua
Moenia: & agrestes culta per arua casę.
Et noua quę niueis albet ferraria muris:
Et senior vitreo mantua cincta lacu.
Romanis aquilę ducibus verilla: sed isti
Christus in albenti sindone pictus erat.
Hoc insigne manu per rura ferebat & vrbes:
Sola docens magni castra sequenda dei.
Discite quas curas: quantos conceperat ignes:
Quantus in accenso pectore feruor erat.

Quo studio. quali christum retinebat amore.
Sancta fides animo robora quanta dabat.
Artibus his animos resides. ⁊ surda mouebat
Pectora. et ad coeli numina calcar erat.
Et melior nolens aliis. maior reputari.
Sepe aliquod finxit desipientis opus.
Nanq3 sacerdotum sacros ambiuit honores.
Et tumido fastu se simulauit agi.
Non tamen austere summo de culmine vite
Decidit. angustum continuauit iter.
Jamq3 instare videns supreme tempora vite.
Letus ad eternas corda leuabat opes.
Cantat. et ingratos vite finire labores
Gestit. vt ad mortis limina venit olor.
Premia conspiciens longi sudoris arator.
Gaudet frugifere messis adesse diem.
Sic alacris nostro fugiens lodowicus ab orbe.
Id sibi iucundum significauit iter.
Anxia corda premens vite iam limina morbus
Ceperat. ⁊ fato callis apertus erat.
Cum domus egrotum miserans tellure iacentem.
Membra dedit molli iam morbunda thoro.
Non potuit plumas. nec linea stragula ferre.
Sed reptans gelidam corpore pressit humum.
Corpus ait terra est. humili date corpora terre.
In sua foelici mens eat astra pede.
Post sacros fidei ritus de more peractos.
Mens abiit putri dissociata luto.
Febris. et exiliens late de naribus humor
Sanguineus. moeste causa fuere necis.

Extinctum tumulo solēni funere corpus
Redditur: et celebri condita busta loco.
Singula tractanti: nulla ratione tacendum:
Quod ꝓpriam multo viderat ante necem.
Vidit: et ante nouem dixit sua funera menses:
Et sibi supremam non procul esse diem.
Mens pia subsidium medicę sibi noluit artis:
More agates soli fidere docta deo.
Frigus ⁊ hibernū tolerat sine crinibus imbrem
Arbor. ⁊ exuto corpore nuda tremit
Ast vbi clausa tepens per rura fauonius intrat:
Incipit albenti luxuriare coma
Humida per ligni graciles alimonia venas
Serpit: et imbibitus suscitat ossa calor.
Purpureum miscet frondis cum flore decorem:
Et parit ornatus multicoloris opes.
Taliter hic iacuit plures inglorius annos:
Et tulit immensum vilis ⁊ ęger onus.
Sed modo cœlestem post funera sumpt⁹ in aulam
Gliscit: et ęterna fertilitate viret.
Sic quoqꝫ defunctum post debita secula corpus
Surget: et antiqua vestiet ossa cute.
Tunc iterum notos animus labetur in artus:
Altaqꝫ terrestri vadet in astra pede.
Nona pruinosi iam lux erat orta nouembris:
Cum leuis ad patrem se tulit vmbra suū.
Austra decem vitę: binosqꝫ peregerat annos.
Hęc fuit humanę meta suprema vię.
Ante fores petri gelidam cōuersus in arcton:
Est locus antiquę relligionis opus

Hic iacuit primum: post sex a funere menses
Erutus: et magna conditus ęde fuit.
Hic noua concursu fiunt miracula magno:
Uotaq; dat sacro felsina tota loco.
Qui venit ęgrotans: redit ad sua limina liber:
Et miseros homines ossa sepulta iuuant.
Loripedes: oculis capti: nodisq; podagrę
Diuinam illabi testificantur opem.
Summa virum probitas: simul & miracula sanctum
Esse probant: fidei si sit habenda fides.
Magne pater: qui res hominū specularis. ab alto
Uertice: consultes iudiciumq; feras.
Nam nihil audendum temere: nec dicere sanctos
Cōuenit: ascensum nominis ante tui.
Si tamen hunc liceat coelestibus addere diuis:
Surgeret ętatis gloria summa tuę.
Sit tibi prosperitas. te nestoris: atq; sibyllę
Sęcula in ęterni nectaris arua ferant.
Hactenus hęc: olim cum nos donaueris vrbe
Romulea: plectro te meliora canam:

Finis.

Ad magnificū Jasonem Castellū: Patriciū Bononiēsem: Doctissimi viri Baptistę Mantuani Carmelitę theologi. De cōtemnēda morte: Carmen

Uid moeres fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Dum trepidas: tuus iste dolor mea viscera torquet
Efficiunt corpus vulnera mentis iners.

Desine tristari: fato non omnia parent:
Pars rerum necis est sub ditione minor.
Nam deus imperium vitę prestantius esse:
Atq; breues mortem iussit habere manus.
Unda: solum pereunt: perit humidus ęther: et ignis
Occidit: et quicquid quattuor ista creant.
At quia non isto sunt edita semine: semper
Frons eadem coelo syderibusq; manet.
Ipse tamen rerum Pater oia soluere posset
In chaos antiquū: materiamq; rudem.
Sed quas ante dedit vult oia legibus vti:
Naturęq; suū robur inesse sinit.
Quę fecit victura manent: nec viribus vllis
Uicta: nec a longa sunt peritura die.
Quę mansura minus morituraq; condidit: qui
Dentibus: & morbi pondere pressa cadunt:
Quę superant ignes: iussit consistere semper:
Orbe sub extremo debile clausit opus.
Sunt igitur vitę latissima regna: sub astris
Imperat angusto mors inimica sinu.
Omnia nec celeri: quę delia circuit axe
Debita sunt fatis: interitum ve petunt.
Nāq; hoīm quū sint mortalia corpora: mentes
Aeternum durant: perpetueq; manent.
Principijs etenim non sunt ex quattuor ortę.
Hoc deus ex nullo semine finxit opus
¶ Quid moeres: fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Quis regit hos orbes: quis lucida sydera torquet?
Dic age: quę vires corpora tanta mouent?

Ver.autũnus.hyems.foecundaq; messibus estas
Cur redit: has verso quis agit orbe vices?
Corpora spiritib9 sunt subdita: corpa mentes
Ipse agitãt: coelum mens mouet atq; rotat.
Mens sedet in nitido sublimis vertice mũdi:
Atq; suũ vegetat: cingit: & implet opus.
Cernit & humanos illinc examinat actus.
Huc venit ex illo morsq; salusq; loco.
Orbib9 adiunxit mentes aĩasq; minores.
Et docuit tantę flectere molis iter.
Hoc pariter ventos: hoc nubila: syd9: & imbres
Duxit: ab hoc oritur martius igne furor
Tardius & radijs pallens liuentib9 astrum
Soluit: in humanos bella necemq; lares.
Inde fames terris: hinc pinguia pabula surgũt:
Hinc iocus: et requies: hinc dolor. & lachrymę.
Mentib9 his igit̃ leges artemq; mouendi
Tradidit: his mundũ motib9 ęther agit.
Ut regat humanos mens est infusa per artus
Corporis: hęc menti machina parua subest.
Spiritib9 maior datur vt maiorib9 orbis:
Sic anim9 seruat membra minora minor.
Ipse potest acremq; iram: veneremq; domare:
Subq; suo calcat vota superba pede.
Liuorem: nũmiq; sitim: morbosaq; ventris
Gaudia: torpores segniciemq; fugat.
Te deus his tectis mea mens pręfecit: vt oẽs
Arte malos motus ingenioq; premas.
Tu vires effunde tuas: nec cede labori.
Ista ministerio credita cura tuo est.

Est deus: est ęther: precium certaminis huius.
Efficiant pugnam pręmia magna leuem.
Vadis in ęthereas a corpore libera sedes.
Cōuenit ęternis mentibus ille locus.
Coelestes animę sociam te in lucida tollent.
Atria: foelices esqꝫ habitura domos.
Tristibus a tenebris in regna vocabere coeli:
Atqꝫ tua tanges astra: polosqꝫ manu.
A grauibus curis a sollicitudine longa
In requiem venies: pacificosqꝫ lares.
Virgineosqꝫ choros inter spaciabere campis
Elysijs: nonas qua tegit orbis aquas.
Inter abundantes coelesti nectare mensas
Stabis: et ambrosia pocula plena bibes.
Coelorumqꝫ tuas vox blandior imbuet aures:
Tanta futura tua est gloria: tantus honor.
Quid moeres? fatumqꝫ times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Ut fluat in cineres opus est caro: nudaqꝫ neruis
Ossa diu iaceant: atqꝫ tegantur humo.
Naturę iubet hoc lex inuiolabilis: atqꝫ
Heu nimium primi noxa luenda patris.
Sunt iterum nostrę rediturę in corpora mentes:
Fractaqꝫ membra suis restituenda locis.
Sed quid inepta times: non es passura dolorem.
Solus inest morti poena timenda timor
Fac timor abscedat: non sunt in morte dolores.
Quid timeat nescit: qui sua fata timet.
Languida nāqꝫ potens vbi vincere pectora langor
Incipit: in toto corpore sensus habet.

Pugnaq; iam cessat postq; natura veneno
Cessit: et hostilis abstulit arma manus.
Victa iacet virtus: sine vi subit atria langor
Frigidus: et vitę depopulatur opes.
Mors vbi iam sua signa videt procul arce locari
Ingreditur placido pallida membra pede.
Langor em̄ cautus necis armiger: impia furtim
Castra mouens: hostes obsidione premit.
Non tuba: non litui: non ęrea cornua clamant.
Non faciunt vllos ora: nec arma sonos.
Miles vt ad muros queat improuisus adesse:
Ipse deus plantas iussit habere leues.
Castra necis sunt hęc: hoc milite prœlia miscet
Langor. & armigeram mittitur ante necem:
De fragili velox animi fuga corpore mors est
Expectanda magis: q̄ metuenda viro.
Si qua ferunt egri vicinę tp̄e mortis:
Non facit immensus horrida signa dolor.
Occurrūt varię: quasi somnia vana figurę:
Perturbantq; aīos incutiūtq; metus.
Propterea multos speculis audiuimus altis
Sępius: et summo desiluisse loco.
Hoc facit illudens fallacis imaginis error
Et pauor. occulto formaq; falsa modo.
Et stipulę medio cernūtur in igne moueri:
Et neq; tristicies nec dolor vllus inest.
¶ Quid mœres? fatumq; times oblita tui mens?
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Quare ita degeneras vt ames mortalia tantum?
Nec videas ortus principiumq; tuū.

Ignea quum tibi sit vis et coelestis origo.
  Quid cupis hac lutea vivere clausa domo?
Quid tibi cum saxis? quid cum tellure lutoq;.
  Ipsa dei vultus effigiemq; geris.
Ista relinque feris. tua sunt coelestia tecta.
  Non patria est nobis terra. sed exilium.
Quid precor exilium patriȩ pponere mavis?
  An ne tibi exilium dulcius est patria?
Expectat te summus aper. te regia coeli
  Clamat. ⁊ ȩterni curia sancta patris.
Dic age iacturam quid amas? tua damna quid optas?
  Nonne putas summo damna carere bono?
Dic age quid trepidas mea mens ad amica venire
  Limina? quid poenam suppliciumq; times?
Sordida si frons est. si sordida crimine vestis
  Corde dole. Crimen diluit omne dolor.
Scimus enim quȩ sit nostri clementia patris.
  Quam ve sit ad nostras prona fauensq; preces.
Corda deo dabimus. lachrymisq; litabimus illi.
  Vult humiles animos. vult pia vota deus.
Si luges: pater indulgens scelus abluit omne.
  Et redit in vestes gratus ⁊ ora color.
¶ Quid moeres? fatumq; times oblita tui mens?
  Stulta quid hoc tantum debile corpus amas?
Virga recens zephyris: at neruo vincitur arcus:
  Igne calybs: adamas sanguine. Corde deus.
Grata deo non sunt fumantia thura: nec arȩ:
  Nec sacra: si cordis relligione carent.
Cedite terrenȩ: turpissima vincula: curȩ
  Cedite: nec mentes sollicitate pias.

Nomen: forma: salus: honor, atq; potentia, regnū:
Et magnę fato subijciūtur opes.
Hęc pereūt: tu sola manes: tu nata tonantis
Mens mea fronte hilari regna paterna pete.
In gemiū patrisq; sinus, & in oscula curres.
Surget in amplexus regia tota tuos.
Fronti serta dabūt humeris velamina, crescent
In reditu plausus leticięq; tuo.
Tantus em̄ sanctos amor et cōcordia ciues
Jungit: vt vna oēs mens animusq; liget.
Unius in cunctos serpūt bona, qui datur vni
Mitia cunctorum pectora mulcet honor.
Propria virtutū variant insignia quosdam.
Sed tamen ex illis publicus exit honor
Uade libens & sponte pedem trans sordida mitte
Limina: nec mortis nomen inane time.

Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi in diuū albertum Carmelitam.

Ensis augusti redeunt honores
Fulget auleis paries & arę
Ignibus lucent thymiama nubem
Fundit odoram.

Coetus alberto populi frequentis
Uota persoluat referatq; grates
Et salutaris veniant ad vndę
Pocula turbę

Sapphicis ergo modulemur hymnis
Aruo tam claro decorata partu
Prolis: et nunq; celebranda dignis
Laudibus acta

Hinc leuat frontem Lilybeus altam
Arduas illinc Erycis cacumen
Despicit rupes Drepanumque curui
Littoris vrbem
Qua vident phoebum siculi cadentem
Atque Didonis tyrię superbum
Littus: et regnis inimica semper
Regna latinis
Inde preclarum genus inde sanctę
Traxit albertus documenta vitę.
Atque carmeli fuit et sicane
Gloria terrę
Cum puer septem superesset annos
More baptistę fugiens paternum
Limen: ad sacram properauit almę
Uirginis Aedem
Hanc palestini tenuere patres
Qui per occultas habitare valles
Uatis helię studium secuti
Ante solebant
Candido velans humeros amictu
Uertit ad mores tenerum seueros
Corpus: et canos iuuenilis ętas
Induit annos
Uicit altricem scelerum iuuentam
Atque fallaces herebi figuras
Cum puellari redimita cultu
Uenit imago
Semper a curis animum caducis
Flexit: ad vitę studium beatę

Risit humanę genus omne laudis
Risit honores
Peruigil somnos abigens inertes
Uel pios ibat manus in labores
Uel reuisebat meditans vtrumqꝫ
Lingua volumen
Feruidam ventris moderans orexim
Fluminis potu tenuiqꝫ mensa
Debiles raro recreabat egri
Corporis artus
Regię spreuit thalamum puellę
Arua thesauros pariisqꝫ fultas
Porticus saxis: tyriosqꝫ vestes
Murice tinctas
Ibat in casus patienter omnes
Prosperam sortem tulit ⁊ sinistram
Sicut inuicto scopuli marinos
Pectore fluctus
Criminum nullo superatus Aestu
Maximas coeli meruit fauores
Et potestatem super ima mundi
Regna minoris
Spiritus iacto vitreum lapillo
Fregerat lychnum puero legenti
Nocte lucentem tenuiqꝫ lumen
Igne ferentem
Frusta collegit puer ⁊ silenter
Tristis effudit lachrymas ad aram
Frusta cōiunctis coiere labris
Corpus in vnum

Arua Messanę cruciata longa
Mortis erumna: meminere quando,
Uexit ignotus pelagi per vndas
Nauita fruges
Ciuitas duro famis in periclo
Mox erat tristi peritura fato
Motus Alberti prece supplicantis
Audiit ęther.
Tota vicini regia Pelori
Risit ad tantę subitum salutis
Nuncium: versę petiere prore
Littus iberum.
Languidos pota reparauit vnda
Inde translatus fuit ad nepotes
Mos: vt vndanti fluuio quotannis
Labra coronent.
Transiit siccis rapidum per amnem
Passibus: castum tulit vnda corpus
Militat casus pietas inermis
Tuta per omnes
Ora leprosis populata squamis
Osculans: tetra cute seuientem
Depulit morbum: nituitqʒ primo
Corpus honore.
Spiritus aulę stygię procaces
Qui sub humanis violenter audent
Inquietantes habitare membris
Trusit ad orcum
Iura nature rigidamqʒ legem
Mortis: et fati validum potentis

Robur inflectens: animam latenti,
Traxit ab orco
Tale mirati facinus profunde
Judices noctis timuere rursus
Ne dei proles iterum silentem
Viseret umbram,
Sponte non ullo ferientis ictu
Aera de summis sonitum dedere
Turribus: quando superum petiuit,
Spiritus arcem
Ante conspectum populi frequentis
Ad viri funus cecinere laudes
Nuncij summo tenuem per auram
Aethere lapsi
Corporis manans odor insepulti
Extitit multis medicamen egris
Ipsa languores varios fugabant
Saxa sepulchri,
Ante nocturne referentur umbre
Et dies phoebi fugiente curru
Occidet: q̄ sit recitata tante
Gloria laudis
Nunc ab illustri siculos olympo
Cernit: et curans patrie salutem
Aequor et note spaciosa terre
Regna gubernat
Sit precor nostri miseratus equi
Tempus infoelix: miseramq̄ sortem
Pestis instantem: famis atq̄ belli
Auferat iram

Auferat vitę scelus expiandę
Et suis placans precibus tonantem
Non sinat tantis hominum subesse
Regna periclis
Non sinat gentes Asię superbas
Ferre per nostros truculenta fines
Ora: nec sęuis violare nostras
Ignibus vrbes
Sed per optatam placidę quietem
Pacis: ad mundi melioris altam
Quando supremę volet hora vitę
Transferat arcem;

¶ Finis

¶ Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi cõtra poetas impudicę loquentes: Carmen.

Unt quib⁹ eloquij. datur aurea vena poetę:
Sz cadit in sordes: inficiturqz luto
Nam cyprię curas et olētia gaudia ponūt:
Claraqz tam foedo mergitur vnda lacu.
Hoc decus hoc animis carmen cęlestib⁹ aptum
Rebus inimmūdis degenerare nefas
Dona dei carmen nitidum facundia prestās
Mittitur ex astris a superisqz datur.
Est tuba romanę fidei legumqz poesis
Quę canat heroo sacra deumqz pede.
Carmina quę sanctos de⁹ ipse parauit ad vsus
Impia mortiferi criminis arma facis:
Quid maculas turpi diuina libidine dona:
Quid teris immūdo munera tanta pede:

Nõ ita hieremias docuit. nõ thracius orpheus:
Non ita Jessei regia musa senis.
Sancta pphanari scelus est delebile multo
Uerbere: supplicio culpa pianda graui.
Uita decet sacros & pagina casta poetas:
Castas em̃ vatum spũs atq; sacer.
Si proba vita tibi lasciuaq; pagina: multos
Efficis incestos: in veneremq; trahis
Uerba mouent aĩos oris lasciuia pectus
Pulsat: et in venas semina mortis agit
Improb⁹ has sordes in carmina seminat orchus
Cui studiũ mentes cõmaculare pias
Non secus ac vitreum si quis vult ledere fontem
Proijcit in dulces putre cadauer aquas
Hoc aĩaduertas quicũq; poemata condis
Est opus: a stygio ser pcul amne pedem
Pelle pharetrati cũ matre cupidinis arcum
Atq; dioneo subtrahe colla iugo
Mater adulterij venus est stuprĩq; repertrix
Atq; lupanari fornicibusq; fauet
Casta dei genitrix castus regnator olympi
Mens capit ambrosias nõ nisi casta dapes
Lex venerem festis vetat exercere diebus
Sacra ministrorũ corpa casta volũt
Pierides castę: castę libetrides vndę
Tota pudiciciam vera poesis amat
Est helicon virgo. virgo Peneia daphne
Castalides aiunt ꝟgine matre satas
Ite procul veneris vates heliconis ab amne
Uirgineus vestro leditur ore liquor

Non hedere vobis phoebi non cōuenit arbor
Non amat incestas casta corona comas
Taxus olens. cruca salax. grauis herba cicutę
Sordidulos vates talia serta decent
Salmacis est vobis Helicon. date vota priapo
Hellespontiacis ponite thura focis
Sit liquor Asphalti vobis pro phocidis vnda
Stringit vbi infames sulphuris ardor aquas
Desine. pone lyram vates insane. nec vltra
Cum stygijs dirces flumina iunge vadis
Prostituis musas meretricis imagine facta
Ante cauernosi fornicis antra locas
Frangis honestatem frontis gremiūq₃ sinūq₃
Soluis ꝛ infames mittis in ora modos
Omnia das turpi musis loca sacra Dione
Atq₃ pudicitię non sinis esse locum
Propterea merito pro vate vocabere leno
Elogio sceleri cōueniente tuo
Si legeret casu spurcum Lucretia carmen
Contereret presso carmina lecta pede
Quod prohibet fieri qđ vult natura taceri
Promis: et vrbanū mellifluūq₃ putas
Falleris haud aliter q̄₃ qui pro piscibꝰ hydros
Pro violis tribulos aut aconita legit
Id canis a sola quod sit meretrice videndum
Quod nisi lasciuo non queat ore legi ;
I procul a grauiū cętu scelerate virorum
Fer procul a sacra relligione gradum
Nec leuitas grauibꝰ fit perniciosa poetis
Nāq₃ leues studio credimur esse pari

Non bene de fidei rebus sentire putamur
Innocui culpę lędimur ense tuę
Di veriti nō sunt sanctas ꝑ scorta sorores
Ducere: et ad tantum sollicitare nefas
Uina Mimallonię vobis dant cretica bacchę
Et vetat infundi sordida thyas aquam
Tale docet semeles puer ⁊ lęmargia carmen
Bacchidas ⁊ veneres ista poesis olet
Castalium veri potāt nō vina poetę
Sobrietas fons est ebrietasq; merum
Qui bibit assidue gelidis de fontib⁹ vndam
Et vitreo siccam diluit amne sitim
Carmina casta facit veneris cōmercia vitat
Nec mouet aduersus ora pudica leues
Uina iocosq; canūt veneris Bacchiq; poetę
Quod latet in vapido pectore carmen olet
Di sunt quos statuens sancti cōsortia coetus
Esse procul iusta iussit ab vrbe plato
Fautores scelerꝫ corruptoresq; iuuentę
In mala deceptum plurima vulg⁹ agunt
Dumq; licere volūt suasit quęcūq; voluptas
In mores acuūt spicula multa pios
Improba garrulitas verbisq; procacib⁹ ardens
Seminat in sanctam noxia ꝟba fidem
I miser ⁊ veniam superos ꝓ crimine posce
Ante flagellati vulnera quinq; dei
Uoce genu flexo lachymis ⁊ pectore tunso
Fletibus erroris damna repende tui.
Carmine qui celebrat vesana cupidinis arma
Et veneri neruos ingeniumq; dicat

Hic iacit in saniem violas: in stercus amomum
Atq; sub obscoenos lilia verna sues
Sulfuream lethes haurit de fontibus undam
Et stygiam lato gutture potat aquam
Se facit indignum superos qui cernat et astra
Nam miser in solam lumina vertit humum
Transfugit a superis ad limina ditis: et ardet
Gaudia contempto luxuriosa deo
Est opus ardentem frenis arcere iuuentam
Nec sinere in mores luxuriare malos
Collige terrenis mixtum de sordibus aurum
Gemmaq; in illustri splendeat ista loco
Est deus est trinum semp laudabile numen
Unde trahūt rerum semina prima genus
Spirituū soboles coeliq; decemplicis astra
Astrorumq; vices multiplicesq; vię
Sunt animę diuū nitido quis ęthere virtus
Donat: et hos sanctos indigetesq; vocant
Et quę materiam pbent elemento caducis
Rebus: et ęternę dant alimenta neci
Sunt erebi manes: sunt tartara nigra: lacusq;
Sulfurei: et nigri regna profunda iouis
Sunt loca poenarum: sunt altę ergastula mortis
Sub quib9 ęterno lucifer igne calet
Sunt scelez poenę tormentaq; debita nostris
Sordibus. et veneri carminibusq; tuis
Sunt ea quę profert aer quę parturit ęquor.
Quę generat pingui dędala terra sinu
Multicolor facies agri syluęq; comantes
Multisonę volucres. multiuagęq; ferę

Sunt sophię partes: est ingeniosa mathesis
Uerbaq; clamosi litigiosa fori
Sunt hoīm vitę: sunt digni negocia versu
Plurima gesta foris: plurima gesta domi.
Collige diuoꝝ mortes: et fortia facta:
Inclyta martyrij bella rubentis habes:
Jugera multiferę tibi sunt telluris ⁊ horti:
Nauigium merces veliuolūq; mare,
Sunt tibi pampineo vestiti palmite colles:
Sunt iuga: sunt valles: multicomūq; nemus
Arua lacus vrbes: castella. suburbia villę
Sunt caua. sunt tenui flumina pressa vado
Elige de multis aliquid. tibi copia rerum
Maxima: materiam carminis ista ferent
Nata freto venus est: veneremq; sub ęquora mitte
Infima qua nigris pallet abyssus aquis
Jd cane quod tetrici possint audire Catones
Quod probet hippolyti penelopesq; pudor.
Tunc ago te vatis dignis cognomine dicam
Tunc tua cantari digna poesis erit
Tunc helicona bibes: castisq; rigabere lymphis
Si venus in versu non erit vlla tuo.

¶Finis

¶Impressum Dauentrię per me Richardum pafraet. Anno dñi. M.CCCCC. Prima Aprilis

Baptiste mantuani de vita beata opusculum

Ver petro detur estas exinde sequetur
Hanc dabit Urbanus autumnum Symphorianus
Festo Clemente caput hyemis est veniente
Cadit hyems ~~petor~~ petro cathedra nd Symone petro

Post pen cruc luci scis ppa bis uno dies
Post cruc post cineres post spons atq luce
Quarta sequens feria tibi fit ieiunia vera

In laudẽ et auctoris et opusculi Epigrãma incultũ

Cui mens est: noscat quo latus calle beatus
 Undiqꝫ reddatur: voluat hic istud opus
Excidit (ut fama est) vatis quod diuite vena
 Baptiste cunas Mantua cuius habet
Qui sibi persuasit quod de virtute loquutus
 Ipsi: qua foelix terqꝫ quaterqꝫ nitet
Ante licet tetri limen venisse sepulchri
 Abnuat id vates Naso: Solonqꝫ grauis
Inferior dulci Samiorum rex Polycrates
 Vita: quem tandem crux scelerata tulit
Lydius atqꝫ Giges: quo non foelicior alter
 Ditior hoc quamuis Arcas Aglaus erat
Haud in ceruleum misit rem Nerea Vates
 Ut Crates: claro quam dedit ipse polo
Huc licet haud tulerit Midę Croesiue caducas
 Res: tamen his longe Demetrium superat
Unde cothurnato quis certat clara Maroni
 Vatis Apollinei. fac monimenta legas

Fratris Baptiste Mantuani: ordinis Carmeli pro fessoris: de vita beata libellus incipit feliciter

Rater Baptista. petro spagnolo patri suo salutē plu rimā dicit Ocioso mihi: aliquid ad te scribere. nuꝑ in mente venit Et quū diu mecum ipse cogitassem. vñ possem exordiū sumere in materiam sane pulcherrimā oīmqꝫ cognitione dignissimā incidi Ea est vita bea- ta que ab oībus amari debet nec amari pōt nisi ꝓus cognita fuerit nō inutile mihi visum est. si quid nā ea sit ⁊ quib⁹ gradibus comparet̄ a- peruissem Cur vero hunc libellū ad te potius q̄ꝫ ad aliū miserim. duab⁹ potissimū causis factū est Primo vt quale esset genus exercitationum meaꝝ agnosceres. ⁊ ne frustra me hacten⁹ triuisse temp⁹ forsitan existi- mares Secdo. vt de re tam exq̄sita ⁊ immortali deo quā gratissima. ad egregiū mihiqꝫ gratissimū virum scriberem Ego em̄ q̄ te mihi charior sit inter mortales habeo neminē nec tamē velim vt a me ꝓclarissimū quid expectes. nam neqꝫ hanc materiā tam diffuse vt tractari posset di- cendā assumpsi. in qua diligenter explicanda Marcus Tullius Cice- ro facundie sue neruos cōtendere posset Sed ingenij tenuitati cōsulēs multarū sentētiarū flosculos summatim delegi. ⁊ huic libello īserui q̄s legēs ipse agnosces Et qm̄ ego sempꝫ animaduerti: dialogoꝝ stilum pe ne oibus esse gratiorē Ciceroniano more duos colloquētes introduxi. Bigonem scilicet. ⁊ Adrianū. hūc de vita btā interrogantē illū vero iter roganti respondentē Et q̄ꝛ forsitan hi hoīes q̄ sint ignoras breuit̄ api endū est Bigo integerrime vite hō est. qui tres ⁊ septuginta natus an- nos. in nostra religione consenuit. multe sunt in eo viro lrē. ⁊ sapientia qualis ī Catone fuit multaꝝ vsu comparata Hic in quibus reb⁹ beata vita cōsistat ꝓbe nouit Adrianus iuueīs optīe indol' cui⁹ integritatē ī hoc vno ꝑpendas q̄ꝛ a predicti senis latere nunq̄ꝫ discedat nō em̄ est cre dibile. eius vitā prauam esse. qui bonoꝝ sempꝫ consuetudine vtit̄ Finge itaqꝫ hos duos p⁹ prādiū modera te sumptū ⁊ post cōpletas gratiarū- actiones. in hortulū secedere ⁊ sub vmbra patule arboris in odoriferas herbas deambulātes hoc pacto cepisse ratiocinari Adrianus

Ogo te pater si me amas. vt qui postq̄ꝫ iuuentutis ānos in gressus sum. sempꝫ beate viuere desideraui q̄ nam sit in hoc mundo vita beatior aperias Bigo dum quis viuit beatā vitā fili ne dixeris Est em̄ illa nasonis poete rata sententia. Sed scili- cet vltima sempꝫ Expectanda dies hominis est. diciqꝫ beatus Ante obi

tum nemo supremaq; funera debet Solon vir ille sapientissimus qui leges Atheniẽsium condidit: neminem in vita foelicem vocari debere putabat Quis tã vecors est vt nõ cognoscat q̃ʒ parꝝ foelicitas in hac vita futurꝝ sit in quã dũ intram⁹. ꝓmũ oĩm flere discim⁹ Quis sine lachrymis vitę p̃sentis curriculũ trãsit: quã si cõsiderem⁹ q̃ʒ sit breuis ⁊ incerta ꝓcul dubio. A. crassum imitaremur que nũq̃ʒ risisse Solin⁹ meminit Si forsitã alicui diuti⁹ fortuna blandit̃ nõ tñ impunitũ abire ꝑmittit: ⁊ quãto tardior tãto grauior ꝓcella succedit Referunt historie Policratẽ Samiorũ tyrannũ aduersam fortunã haud semel expꝑtũ: q̃ ne oĩs esset expꝑs incõmodi. anulũ aureũ in mare ꝓiecit: quẽ breui post tꝑe. dũ cenaret in piscis vẽtre forte reppꝑit. sed qđ de⁹ distulerat neq̃q̃ʒ abstulit nam extremo vitę suę tꝑe. cruci turpiter affix⁹ ẽ Quo fit. vt vulgare ꝓuerbiũ nõ sit omnino vanũ qđ differt̃ inquã non aufert̃ Adrian⁹ Uere sunt q̃ dicis. sed ego vitam beatã voco illã. quã si q̃s in hꝯ mũdo viuat. possit olim vitã immortalẽ. quã nostri ęternã vocãt. adipisci Sigo. habeo. sed lõgiusculę disputatiõis locũ adducis. in aliud tẽpus quo plus ocij nacti erim⁹ differẽdũ Adrianus obsecro ne molestũ tibi sit quid sentias. dicere. non peto vt oĩa cribratim inquiras sʒ tãtũ modo sequaris rerꝝ summa vestigia. hoc eñ a te discere cupio. a quo mlt̃a subtiliter disputata. multa etiã sapiẽter prudenterq; iudicata cognoui. ⁊ da veniã si virtutẽ tuã laudauero. quotienscumq; tuis disputationibus intersum. Catonem illũ de senectute disputantẽ videor vidẽ. nec minus dicta tua obseruo q̃ʒ olim seruari solebat Delphici numẽ Apollinis Sigo si tãto desiderio afficeris audire meã de hac re sententiaʒ. tuę voluntati quãtum in me erit morem gerã Atq; vtinam ego is essem. q̃ aliquid dignũ expectatione tua cõmemorare posseʒ Adrian⁹ volo sane vt hoc negociũ suscipias Pater. nisi forsitan tibi graue sit Si Quid inquis. hactenus nil graue mihi visum ẽ quãuis magnũ. quod aliquis fratrũ honesto desiderio cõpulsus. me poposcerit amicicię firmissimũ foedus est idem velle idemq; nolle Adrianus loqueris vt sapiẽtẽ decet nec aliter q̃ʒ loqueris te factitasse existimo Sed p̃usq̃ʒ vlteriori loco ꝓcedam⁹. tria sunt q̃ peto. ꝓmo quid sit vita foelix Sc̃do in q̃b⁹ reb⁹ cõstat postremo si q̃ sint q̃ hac tẽpestate. talẽ vitã viuant hic nr̃ę disputatiuncl̃ę sit triptit⁹ ordo Sigo Possem tibi multas huius vitę beatę diffinitiões adducere. a diuersis autorib⁹. diuersisq; in locis auditas sʒ ne te multis morer q̃ pacto ab Anneo Seneca diffiniat̃ accipe Ego eñ cũ illo sentio. btã inq̃t vita ẽ illa q̃ in rcõ certoq; iudicio stabilita ẽ. ⁊ immutabilis Adrian⁹ Si placʒ inter nos ea lex esto. vt q̃tiẽscũq; aliq̃d obscurioris inter dicẽdũ acciderit ĩterpellare possim Solʒ eñ plerũq;

accidere:vt dum ꝟbū obscurū ꝑtermittit̃ inde carum: oē id quod sequit̃
non intelligat̃ dum autoris animus ambiguo dicto repcussus hesitat
nec p̄t illud ex memoria repellere Bigo. Placet qđ dicis: laude dignus
es: audacter loquere. Luxuria a mēbris. ignorantia a mēte fugāda ē. vt
Pythagore placet. Ego sp in adolescente future ꝓbitatis verissimū si
gnū iudicaui. si velit doceri: qđ nesciat. Ois labor ꝑ acq̄renda doctrina
subeundus est pythagoras amore sapientie vsq3 ad egyptios ⁊ magos
penetrauit Sic eius discipulus Plato: eodē se fatigauit itinere. Quē
vult Augustinus. oē id qđ de deo loquut⁹ ē: a heremia ꝓpheta. q̇ tūc in
egypto viuebat didicisse Sed vt de nr̄is dicā Hieronim⁹ vir ille sctis-
simus testat̃ in q̄dā ep̄la. se a pueritia litterax desiderio ferbuisse Apoli
narem itaq3 Antiochie freq̄nter audiuit Et dum iam eēt cano capite.
Alexandriam (vt audiret Didinū) ꝑrexit. postea bethlehē reuersus he-
braicas lr̄as nocte silēte furtim didicit Timebat em̄ q̇ eum docebat. ne
Judei hoc cognoscerēt. nō em̄ impune tulissent Adrian⁹ Preclara sūt
⁊ notatu digna q̄ hacten⁹ dixisti. s3 vt ad ꝓpositū redeamus. q̇d sibi vult
id qđ in defunitione positū est. recto certoq3 iudicio. Bigo. Ex eo qđ rec
to dixit vitā btām debere esse rectā significauit rectū vero idē ꝙ iustum
significat ⁊ quotiēs aliq̇d oportere esse iustū dicim⁹ in eo oportere iusti
ciā esse demōstram⁹ de qua Euripidis illa notissima scia dr̄ neq3 lucifer
neq3 vesper⁹ ita mirabilis Adrianus Quid est iusticia. Bigo Justicia
est: vt Tullio placet. virtus vnicuiq3 qđ suū est attribuēs Sed Liq̇di
us a nr̄o hieronimo describit̃ Justicia inq̄t ē. Nō peccare. nō peccare ē
legis p̄cepta seruare Adrian⁹. Dic q̄so: q2 mētio de pctis accidit. est ne
vex qđ vulgo fert̃ nō peccat inquā q̇ nihil oino facit Bigo. Minuēda
est penitus hec opinio Nā legis obseruatio bifariā diuidit̃. vt nihil ho
rū inquā q̄ ꝓhibent̃ faciam⁹. ⁊ nihil ex his q̄ iubent̃ ꝑtermittam⁹. Lex
ip̄a inq̇t. auerte a malo ⁊ fac bonū non satis ē dixisse auerte nisi addidis
set. ⁊ fac bonū. q̇ āt nihil facit bonū nō facit. q2 qđ nihil ē. bonū non est.
non solū oportet vt vestitum nō spolies. sed etiā vt spoliatū vestias Ju
sticie duo sunt membra. que ab ea diuelli separariq3 non possunt. Pie-
tas sc3 ⁊ eq̄tas. Pietas est. vt Trismegisto placuit. Jpsum deū immor
talem oīm factatorem ⁊ gubernatorem cognoscere. finis aūt pietatis vt
cognitus deus adoret̃. Equitas est. non ea quā. Tullius in recte iudicā
do aequalitatem vocat sed omnibus aequalem se p̄bere. cui contraria est
supbia que est omnibus se maiorē existimare. Monet equitas. vt nul-
lus altero velit esse superior. nam q2 indifferenter omnibus pater ē de⁹.
omnes pariter germani sumus ex eodem germine xp̄o inquam renati.
vbi ista duo non fuerunt. ibi iusticia esse non potest Potest etiam recto

iudicio rursus aliter intelligi: ita vt recto interpretetur id est sano ve-
roqꝫ iudicio Sunt enim pleriqꝫ mortalium qui propter opes cliente
las affinitates seruitia sodalitates hospicia. ⁊ propter alia huiusmodi
fortune bona se beatos existiment Sꝫ hi omnes recto veroqꝫ iudicio
procul dubio priuati sunt Nam si intelligerēt nos haud alia causa erec
to vultu a summo rerum artifice compositos esse nisi vt que supra
sunt contemplaremur ⁊ que sursum sunt saperemus non se tot errori-
bus impedirent tot stulticijs obruerent tot deniqꝫ tenebris confunde-
rent nō stꝫ hi felices appellādi licet Mide opes possideant quia recto
carent iudicio nec reddunt vnicuiqꝫ quod suum est. bonos floccipen-
dunt sacra non curant deum obliuiscuntur In talibus vita eorum ver
satur. vt hereditates vel iure capiant vel iniuria pupillos expellāt pau
peres crucient Laborant ambitionis morbo. aliud in ore sonat aliud
in pectore clausum latet amicicias ⁊ inimicicias. non ex re vt Crispus
inquit Sed ex comodo sibi habent Hi sunt quibus antiqui clamitant
vates. gens antiqua atqꝫ peruersa heccine sunt que deo reddis popule
stulte ⁊ insipiens ⁊ alibi Statuerunt oculos suos in terram declinare.
sed hec de mundanis dicta sunt Quid vero de his dicam quiquum se-
ipsos regere nesciunt. religionis antistites fieri volunt. vt non solum
suas. sed etiam aliorum animas perditum eant his aduertenda Claudi
ani sententia Tunc omnia inquam iure tenebis quum poteris rex esse
tu Primo igitur sibi moderentur. deinde si libebit alijs presint Stan-
tes in angulis facienda precipiunt que nec ipsi precipientes faciunt.
Quis hoc prauum esse iudicium non dicat. Non est igitur in illis vt
predictum est vita beata que sine recto iudicio stare non potest Adria-
nus Recte mi pater sentis ⁊ hinc quod dicis illud carmen Nasonis
poete conuenit Pronaqꝫ quum spectent animantia cetera terram
Os homini sublime dedit coelumqꝫ videre
Jussit ⁊ erectos ad sidera tollere vultus
Quo fit vt damnandus sit ille Socrates qui solus Apolinis oraclo
iudicatus est sapiens hoc enim erat eius prouerbium Quod supra nos
nihil ad nos Cuius etiam Lactantius facit mentionem si recte memi
ni Sed vt ad predicta reuertamur locum illum de iusticia manifesti⁹
enuclea vbi dictum est. non esse sine aequitate iusticiam ⁊ aequitatem
esse se omnibus equalem reddere Dic queso nonne seruos ⁊ ancillas no
stri pontificees habent. quibus nō modo nō equales nec solū vt seruo
dominus seruo solet esse superiores sed vt semidei reputantur non sunt
igitur pontifices iusti Bigo Absit hoc facinus a nostra religio-

ne fili: vt in prepositis eius iusticia non sit Sed quum nuper illud Firmiani Lactantij contra gentes luculentissimum opus haberem in manibus. repperi quod huic questioni tue possit aptissime responderi Ait enim seruos nobis esse: qui quidem tenuiores et asperiores corporis cultus habent q̄ȝ domini: quod autem ad animam pertinet eadem cura studio et industria gubernantur. Nam quum homo constet ex duobus: ex corpore scilicet ⁊ anima: que inuicem ɔtrariāt̄ur. quoniam illud terrenum: hec celestis: illud mortale. hec vero immortalis Et idcirco nō facile est vtrisq̄ȝ posse satisfacere Corpus amat conuiuia. somnos ⁊ confabulationes Anima vero contra vult ieiunia: vigilias. et orationes. quoniam igitur vt dixi. non potest vtrisq̄ȝ satisfieri. visum est. vtrum horum dignius sit. vt primo ei parcamus. deinde si possimus et alteri. Compertum est igitur animam corpori preferendam esse. quo fit. vt seruorum animabus pontifices nostri. non minorem ac proprijs diligentiam adhibeant: q̄ autem ipsi ornatiores ⁊ politiores incedant non ideo faciunt. q̄ membra sua iudicent esse preciosiora. sed vt dignitates et officia que gerunt. a seruorum conditione videantur esse differentia

Adrianus. Non opibus sed virtutibus prefecti debent excellere. Sigo q̄ magis necessarium est prius inuestigari debet. que autem magis ornamento sunt. q̄ȝ vtilitati. postea si possint acquirantur. Oportet vt pontifices sint virtute prediti. Primum igitur virtus adipiscatur Non absurdum est. pontifices tantum habere diuitiarum quantum victui modico sufficiebat. Et quoniam hec ornamenta diuitiarum necessaria omnino non sunt. Non primo sed secundo loco querantur ita quod nec propter ea virtutes euanescant Quis est qui nesciat equum esse. vt a discipulis preceptor. nedum virtute discernatur. verum etiam grauiori quodam et honestiori habitus priuilegio partim quia discipulo maior preceptor. partim quia modesta corporis ornamenta. non paruo adiumento virtutibus animi sunt. ad temperandam grauitatem. vt vulgaris tumultus ac cupiditas reprimi possit. ac gubernari Non est igitur dicendum. iniquos esse pontifices q̄ splendidiores habeant vestes. Nam ipsa equitas. non extrinsecus. circa corpus. sed intrinsecus in animo sedem suam habet et quoniam animi cogitationes soli deo manifeste sunt. ipsi soli de equitate iudicium relinquendum est Adrianus omnia ad viuum resecasti ita vt omnis a me seclusa sit dubitatio. quod euenisse puto. non solum quia sic se res habeat. sed etiam quia elimato ⁊ quadranti sermone. qui tibi et ab arte ⁊ a natura concessus est. hec oīa disseruisti. Ornata em̄ politaq̄ȝ oratione veritas ipsa

cessus est. hec omnia disseruisti Ornata em̄ politaq̨ oratione: veritas ipsa potentius in auditorum animos influit Bigo Vidimus hacten⁹ quid esset vita beata, que posita est iusticia Justicia enim omnes alias virtutes tanq̨ filias suo genio concludit Nunc videndum puto. quibus gradibus ad ipsam iusticiam ascendatur Adrianus miro discēdi ardore ferueo. expecto quid dicas Bigo Tria sunt que connexa ꝛ simul conglutinata. ad vitam beatam plurinum conferunt. diuisa vero ꝛ separata. parum adiuuant. sunt autem hec. vt nominatim dicam Pudicicia. Contemptus. ꝛ iusticia Et vnaqueq̨ istarum virtutum. nō ꝓpter se sed propter aliam queritur primo pudicicia flagitatur vt contēptus mundi sequatur Nam mundus ab his facilius cōtemni poterit. q̄ coniugali vinculo soluti sunt Nam postq̨ carnalib⁹ illecebris ceperunt oblectari. ꝛ in sentinam vitiorum corruerunt perditi sunt. ꝛ penitus desperandum est de salute corū. nisi misericordi diuinę potentię digito subleuati fuerint Queritur item contemptus mundi. vt iusticia reperiatur. reperataq̨ fruamur. que difficile conspici potest. qui senegocijs secularibus inuoluunt Nam coniugis ꝛ liberorum cura. et ipsa res familiaris. a recto iudicio mentes hominum reuocant Pauci tamen recte viuere incipiunt. sed tamen indiligenter caueant. vicijs blādientibus a recto calle deuiant primo igitur. quibusdam contractis pactis q̨ legitimis opes querunt. at vbi gustarunt q̨ bona sit negociatio in vsuras paulisper incidunt. deinde furtim aliena rapere pupillos spoliare. ꝛ proximos non abstinent Postq̨ aut incalluit hec consuetudo. furtis ꝛ sacrilegijs modo lateant minime parcunt. sic malum malo truditur. hec omnia in tantum vsum conuersa sunt. vt non pro vicijs. vt sunt. sed pro virtutibus in mundo nunc habeantur. ꝛ si quis talium rerum fuerit expers. tanq̨ ignauus ab omni populo repellitur Quare satyricus noster Aquinas merito conqueritur. Aude aliquid breuibus giaris ꝛ carcere dignum Si vis esse aliquis. probitas laudatur ꝛ alget. diuitię procul dubio sunt humani generis exitum. nec sinunt iusticiam in nostris regnare pectoribus Que res minime Persium latuit inquit enim Quod si dolosi spes refulserit minimū. coruos poetas ꝛ poetridas picas Cantare credas pegaselum meos. Adde ꝙ talis est opum natura. vt nunq̨ satis esse videantur quod vicium romanis antiquis Ouidius versibus. his obijcit Creuerunt ꝛ opes. ꝛ opū furiosa. cupido Et quin possideant plurima plura petunt O diuitiarum sacra fames. cur non mortalia pectora regis. propter te quotiens violata est iusticia propter te Sic heus truncatur a fratre Dido patitur exilium polydorus menbratim secatur Recte Thebean⁹ Crates

suas opes in cecum pelagus abiecit mersitq; illas. ne mergeret ab illis hec igitur e mentibus nostris extirpari oportet. et tanq; in domum suã introducenda est iusticia. vbi suas possit figere radices. et fructus affer re mirificos Adrianus Nonne fuisset satius. si diuitias quas theban⁹ ille philosophus in mari demersit. pauperibus tribuisset Sigo fuisset vtique melius. sed forte metuebat. et si pauperibus dedisset. illis accidis set. quod ipse fugiebat Adrianus et forsitan hoc illi in mentem venerat sed quoniam circa illa tria que superius commemoraui. omnem rem versari perpendo quomodo vnum quodq; illorum assequi possim⁹ au dire desidero Et dabis veniam. si que dicis tardius apprehendo quum sim a teneris mantuę nutritus. vbi hoc vicium a densioris celi qualita te contraxi Sigo Tu cum Cicerone sentis. vt edictis tuis perpendo. Refert enim (ni malememini). Thebanos fuisse ingenio pinguiores Athenienses vero perspicaciores et acutiores extitisse: Idcirco. quia crassus aer et pinguis erat thebis Athenis vero. rarior et subtilior appa rebat Sed hec omittamus. quod nunc instat. agamus.

De castitate

Astitatem septem modis assequi poterimus. firmo inquã proposito. modico cibo. exercitio cõtinuo raro bonoq; col loquio et consuetudine. sensum continentia. premiũ futuri p̄ meditatione. auxilio diuino. Septem hec. arbitrio nostro pcurramus dicemusq; non tam eloquenter q; sapienter. nam semper magis studui sapiens fieri q; eloquens. qui enim facunde. dicunt suauiter. qui sapien ter vtiliter audiunt. sed primum modum arripiamus

De firmo proposito

I quis quod facturus est. prudenter agere voluerit. Circa quod faciendum est. tria considerabit. an illud inquã quod voluit honestum sit an turpe. vtile an inutile delectabile an non delectabile. Si res fuerit tantummodo delectabilis ita quod hone state omni atq; vtilitate sit priuata hec omnino fugienda est. in q̄ gene re sunt lasciui cantus. et cithararum strepitus. q̄ infirmas iuuenũ men tes alliciunt. Sunt etiam in hoc genere saltationes et choreę et omnes corporis illecebrę. Si vero res fuerit delectabilis et honesta apud om nes nationes non laudo. honestas enim non vna est apud omnes sz qd̄ apud aliquos honestum videbitur. apud nos erit turpe verbi grã apud

Epicurū honestū erit misceri cū vxoribus: et corporeas necessitates. in pro patulo et corā omni pplo facere. Si quis igitur apud hoies huius modi fuerit. vbi hac honestate te non debebit. Si vero tale honestum erit vt fidei christianę nō deroget. concedendū est quemadmodū est vxorem ducere. talibus se vestibus ornare. vt non solū vtilitati corporeę sz etiam honesto cuidam decori nō luxurioso consulant Si vero hec tria simul in aliquo reperiantur. ita vt sit et delectabile et honestū et vtile. adhuc est cogitandum. cuiusnam sit illa vtilitas an corporis et an animę an vtriusqz Si tantum corporis Turpe quidem erit christiano si fecerit. si animę. toto conatu totis viribus implendum est. In quo genere sunt ieiunia. abstinētię pro fide mortem obire et martyrio coronari Si vtriusqz cauendū est ne plus corpori q̃z animę tuatur. vt intēperatis cibis sumendis q̄ si vt dixi temperati sint corpori prosunt et animę vidēdum itaqz est. ne minimum id quidem. plus corpori detur q̃z animę. Si res illa fuerit corpori contraria. aię vero vtilis. faciendū est vt appetitus obediat rationi et Salustianum illud aduertendū. Animi imperio corporis seruitio magis vtimur. postq̃z igitur. quid sit faciendū cognoueris. opus est vt nō differas. non ambigas. non hesites: sed toto mentis amplexu viriliter animoseqz suscipias. At recorderis illius quod ait. Comicus dum in dubio est animus paulo momento vel huc vel illuc compellitur. Quoniam igitur castitas secū fert vtilitatem. vnusquisqz suo proponat fortiter in aio. castitatem obseruare. qd̄ qui fecerit ad alios gradus ascendere facilius poterit

De modico cibo

Sicut Cibus immoderate sumptus. detestandam suscitat venerem. sic moderatus. purissimam tuetur castitatem. Sed in hoc maxima pars mortalium fallitur qui dum ignorant quid sit abstinentia. omne esculentum (preter carnes) sibi conducere putant. nec animaduertunt q in herbis etiam quibusdam. venenum lateat. vt in eruca. que quia calidissimę nature est venerem reuocat In legu minibus etiam luxuriose conditis titillatio carnis abscondita est. quo fit vt quidam vir sapiens nuper diceret: eum qui vellet cenobij curam gerere. philosophiam naturalem. quam physicam greci nominant ignorare minime debere Sunt enim pleriqz cibi. qui in vsum quotidianum veniunt. a quibus nisi spiritualis miles se diligenter abstinuerit

carnis intollerabile certamen experietur Quare noſter Hieronymus ⁊ doctrina ⁊ rerum vſu ſapientiſſimus dicere ſolebat nullum cibum caſtitatem curantibus eſſe vtiliorē. q̄ꝫ olera palladis liquore perfuſa ⁊ eo quidem modico. Item piſces. niſi minutiſſimos. prohibebat. Quod iſti neſciunt vel ſi ſciunt. (quod grauius eſt). aſpernantur. qui cenare neſciunt niſi vel oſtreas vel timalum vel aliquod huiuſmodi animal habuerint atqꝫ vtinam huiuſmodi homines quo in gluuiem ſuam facíare poſſent prope littora Gangis habitarent in quo vt Solinus teſtis eſt tantę quantitatis anguillę naſcuntur. vt ad pedum tricenorum proceritatem accedāt. ſed de his que hactenus dixi melius conſulendi ſunt medici ne videamur partes illorum ſurripere Ego hoc vnum infero Hieronymi auctoritate fretus parcum cibum triduano ieiunio preferendū. nec licere cuiq̄ꝫ calidiſſimis cibis vti niſi vel infirmitate vel longo ſenio confectus ſit. Adrianus. Nunc tempus eſt quendam ſoluere qui non ſolum me ſed etiam pleroſqꝫ alios dubitare non parum ſepe coegit Bigo vaticinor quid ſit quod vis dicere Adrianus Nec miror. eſt enim famoſa queſtio. Bigo Tu tamen dic, homo ſum ⁊ falli ⁊ decipi poſſum. Adrianus Qua intentione. quo fine: hec omnia deus immortalis fecit ſi hominibus veſci non licet an vt pereant Bigo non fecit hec deus vt pereant nec quicq̄ꝫ in mundo ita perit vt ad nihilum redigatur. ſꝫ formam mutat. corpora noſtra nō pereunt ſed in ea elemēta ex quibus conſtabant reſoluuntur Sunt etiam qui dicunt medullas noſtras quum ſepulti iacemus animari. ⁊ in anguem conuerti. que res. ⁊ ſi fortaſſis vera non ſit. mihi tamen videtur eſſe veriſimilis. nam ſicut per ſerpentem inter homines mors nata eſt non abſurdum erit ſi dicatur hominis morte ſerpentem naſci nihil igitur (vt prediximus) omnino perit. cuius ſentētię anctor eſt. Pythagoras. qua noſter ouidius duobus verſibus. elegāter expreſſit Ait enim.

Nil perit in toto quicq̄ꝫ (mihi credite) mundo
Sed variat faciemqꝫ nouat. naſciqꝫ vocatur

Nec Fruſtra deus hanc denſiſſimam variarum rerum ſiluam fabricauit. ſed fecit quātū cōprehēdere poſſuꝫ trib⁹ potiſſimū cauſis vt potētiā inquā ſuā exp̄meret. vt ingēia nrā in ocio corpe nō ſineret. vt poſtremo infirmitati nrē ſubueniret: Et vt ad p̄mū reuertar. q̄s inter hoīes tan ſolertis ingenij reperitur vt alterū mundū fabricare poſſet Quis zeuſis: Quis Appelles. Quis phidias. vt de pictoribus loquar. tam

viuacem colorem ⁊ in herbis ⁊ in floribus imprimere posset Quis pos
sit hominem (opus admirabile) celestis spiritus capax. formare At vt
altius ascendam· coelum deuexum tot syderibus pictum mirabili solis
lumine preditum componere. Atq; hec omnia deus ipse fecit Adrianus
Nonne memorie traditum Archimenidem Siculum. in aere mun-
dum formasse. ⁊ per siderum motus varias anni vices disposuisse. pre-
terea nonne referunt etiam prometheũ fecisse hominem. non igitur tam
mirum est: si deus hec egerit: que potuerũt ⁊ aliq facere. Sigo. Est ali-
quid qd̕ dicis. sed age iterum ruminemus Dicis Archimedinẽ fecisse
mundũ: putas ne fecerit nebulas. putas ne aestatem: putas ne solstitia
⁊ equinoctia posuerit. fatuũ est ea credere. qd̕ si fecisset. hoc deerat. quod
non errat tam capax q̄ȝ iste quẽ videmus. Quod autem dicis. prome-
theũ fecisse hominem: si sane intelligeres non hec diceres. fabula est nõ
historia: que tñ aliquid veri intrinsecus habet. Aiũt em̃. ꝙ Promethe
us fecerit hominem. qꝛ primus fuit qui statuas fabricauit. Sicut eti-
am dicunt Cecropem fuisse biformem. qꝛ primus fuit qui ⁊ marẽ femi
nã matrimonio copularet Fecit igitur hec immortalis dñs vt ea nos con
templaremur eorumq; arti: vt nostram ⁊ imbecillitatem ⁊ inertiam co
gnoscentes humiliaremur. vt per humilitatem eo scanderemus. vñ p
pter superbiam ceciderunt angeli. Vides tot animantia diuersarum
formarum diuersis ⁊ coloribus et virtutibus ornata. Vides anni tem-
pora q̄ȝ prudẽter disposita sint Primo vel nouũ sic dictũ: ꝙ tũc reuires
cant oĩa et vt Maro noster inquit

Et tunc oĩs ager: tunc oĩs pturit arbos
Tunc frondent silue. tunc formosissimus annus

Primo veri: succedit estas que precipue charitatis exemplum pre se fe-
rens. foetus omnes quos ver paturierat suscipit educandos. a qua si
quid imperfectum relictum fuerit. superueniens autumnus ad vnguem
pficit. ⁊ manum summam imponit Tunc agricola quicquid sperando
telluri crediderat. cum centeno fenore colligit. Et quoniã deus imorta
lis aduertebat. annum gignendo. educando. ⁊ maturando iam esse defes
sum. quietum tempus ⁊ vacuum laboribus adiecit. quod vocant hiemẽ
Adrianus Quare factum est: vt tres anni partes in sudoribus vnam
tm̃ in quiete posuerit deus Sigo. Placet ꝙ mihi in memoriã reduxisti
Diffusus labor. succincta quies strennuũ delectant militem Si huma
ne nature fragilitas pateretur nunq̄ȝ esset a labore cassandum. homi-
nibus inq; Oportet enim vt hoc miserabile corpus. quod animam no
stram assidue prouocat ad libidinem. assidue suscitetur ad laborem.
quemadmodum pater sanctissimus Macharius solebat q̇ dum silenti

habitaret in heremo: magnā arenę molē humeris huc illuc ferebat: ⁊ in
terrogatus: quid totiens hoc faceret. se vexare a quo vexabatꝛ. ipse hypo
diastole respondit. Sed hec hactenus de diuina pōtētia dicta sunt In
his paulo longior sum. quoniā ⁊ vita beata de qua nūc agitꝛ mime aliēa.
deinceps de secunda causa dicatꝛ. Nosti animas nostras intelligentia ⁊
ratione p̄ditas. Sunt itaq̄ animę his virtutibus armatę tanq̄ mili-
tes processuri ad bellum. Sed quoniā nescio quid turpissimum est in
ocio proiecta virtus ⁊ vt vanū est quemq̄ armari nisi sit cum hoste pug
naturus. sic proculdubio supfluum videretꝛ ⁊ vanū. aīas nr̄as ratōe mu
niri. nisi sortiantꝛ aduersariū. cui viriliter suū reluctando q̄ant robur ex
plicare. et vires suas excercitio firmare. Voluit igitꝛ vt nobis hostes es
sent lucanica tutetū. sumē omentū ⁊ alia q̄pluria. q̄ꝛ noīa norūt hi q̄
luxurie ⁊ ventri dediti sunt Et eā legē posuit. q̄ solet inter hostes obser-
uari. vt q̄ victus in quā fuerit victori subijciatꝛ. ⁊ q̄ vicerit imparet. Si
corpus aīam vicerit. victā secū trahet ad infernū Si vicerit aīa corpꝰ
secū ad celestia subtrahit Post hac de tercia causa agatꝛ. Et Summus ⁊
optimus deus nō solū aīaꝝ nr̄aꝝ. veꝝ etiā corpoꝝ curā gerit. q̄ qm̄ volu
it diuersis lāguoribꝰ esse subiecta. q̄bus vt solet auꝝ in igne purgarentꝛ
ne forte deficerent. in herbis ⁊ lapidibus abstrusit medicamenta. q̄ id-
circo voluit occultari. quia sciebat se rationem omnium acutissimā in-
dagatricem nobis tribuisse. Adrianus. Quid opus est corporibus no
stris adhibeamus medicamina omnia anteq̄ fiant deus prenouit. Et
quia ipse falli non potest. oportet vt eueniant sicut ipse preuidit Si er
go deus preuidit me ex hac infirmitate moriturum siue medicum accer
siri faciam siue non. quia vt predixi falli non potest. vt moriar necesse ē.
Sigo ne videamur in aliam materiam transilysse. questioni huic bre-
uiter respondendum est quamq̄ deus a principio cognouerit. vterum
ego in doctum vel ignarum virum euasurus sim. non tamē debeo p̄cep
torem spernere. nā deus sciuit me doctū futuꝝ si studijs operam dedissem
et futurum ignarum. si litteras aspernarer nouit deus ea conditiōe pos
se te sanari. si vtaris ꝯsilio ⁊ opa medicoꝝ. ⁊ de similibꝰ idē est iudicium
Adrianꝰ oīa prudēter elegāter ⁊ scite disputasti ⁊ nihil ī tactū reliq̄sti
fateor q̄ dicis vera esse Tu exaio meo rubiginē quādā ignorantie deter-
sisti. sed si placet de continuo exercitio dicere aggrediamur qđ superius
tercio loco constitueras de cōtinuo exercitio Sigo hyeronimus in eo li
bello qui de mō viuendi in monasterijs inscribitꝛ. dicit oīs immundicię
atq̄ peccati matrē esse ociositatē. qđ q2 veꝝ ē. sequitꝛ oīs mundicię atq̄
meriti matrē esse exercitationē Contrarioꝝ em̄ contrarij sunt effectus.
non autem oē exercitium est laudabile. sed solū illud quod his duabus

differentijs limitatū sit assiduitate scilicet ⁊ honestate Assiduum opor-
tet esse: qꝛ necesse ē vt qd̓ sep̄ oppugnat̄ sp̄. q̄z defendat̄ ꝑpterea mens
nr̄ā in cōtinuo motu ꝑsistit. ⁊ oportet vt semper aliquid ⁊ inq̊rat ⁊ ex-
cogitet. siue id bonū sit siue malū. quū etiā memeni me vidisse hoīes. q̄
quidē q̄ nesciebant in somnis didicerunt ⁊ tenaci memoria retinuerūt
vnde nec dormientiū quiescūt anime igitur si quid honesti exercebim⁹
circa id honestū versabit̄ aīa Si vero in ocio marcescem⁹. q̄m̄ sum⁹ a
natura in malū ꝓcliuiores. cogitatiōes impudicę latenter subintrant
q̄s nisi cōfestim remoueam⁹. miserā strāgulant aīam, heu me miserū
q̄ iactura. si vero fortiter animoseq̄z repellam⁹ tādē ꝑ illā celestē hieru-
salē. imꝑatoris more victores coronati. triūphātes incedem⁹ tūc oēs
celicolę astātes dicent. hec ē q̄ mortalia spernens acq̊siuit immortalia
diem festum agamus ⁊ fratres nrī natalicia hodie letantes celebremus
O patria btā vel patria celestis. ex hac sentina malorū ad te suspiramus
ex hoc remotissimo littore ꝓcul aspiciētes. vix te discernere possumus
Erit ne vnq̄z dies illa dies exultatiōis ⁊ leticie q̄ nobis q̇ iā curriculū
p̄ntis vite, transigim⁹. q̇ in studio certaminis valuas aperiens. a tri-
sticia ad gaudiū ab odio ad amorē a morte ad vitā vocare dignaberis
Sed de his alias Oportet vt exercitiū. p̄ter illa q̄ diximus. sit honestū.
q̄ fit vt pentachiū vituperē sub q̄ ludorū species quattuor assignant̄
iactus in quam disci. Cursus Jaculatio ⁊ luctatio non iubeo vt quis in
publicū ꝓcedens. exutis vestib⁹ ⁊ correpto grādi silice. tota die frustra
desudet nō vt celeritate pedū currēdo certet non vt scorpiōes aut arcus
manu gestās Alchonē studeat imitari. q̇ quū videret filiū suū a serpēte
necari. correpta sagitta ⁊ opposito genu. tetēdit arcū ꝑcussitq̄z serpētē
nec filiū tetigit q̄zuis cū serpente mixt⁹ esset. ⁊ inuolutus hec studia nō
multum laudo Adrian⁹ Quid de agricola sentis Bigo agricultura
iudicio meo dignissima ē ⁊ honestissima nō tn̄ graui rastro terrā fodere
⁊ in agrꝭ vomē sulcos ⁊ porcas īducē oīno iubeo s̄z hortulū semīare. vl
mo vitē cōiūgere. arbores inserere id ē ex siluestri domesticas facere. ⁊
ꝓpagīes sepilire q̇s nō laudet In his delectet̄ q̄ vult vitā beataz ducere
nec doleat q̄ filios coaduitores nō habeat. q̄m̄ vt Guido nrī tp̄is gra
uissimus philosophus dicere cōsueuit. Incognita beatitudo ē liberorū
p̊uatio legat hos q̄ de agricltura scripserūt ⁊ Catonē ⁊ v̄giliū ⁊ Grecos
si linguā nouerit ⁊ hesiodū ⁊ democritū Sciatq̄z queādmodū Cato p̊
m⁹ in ea arte scripsit apud nos. ⁊ apud Grecos hesiod⁹, noritq̄z osirim
vl' vt alij volūt tryptolemū p̊mū boues ad aratra iunxisse ⁊ stercorisan
di artē primo a Sterculo q̄dam repertā. cui Pic⁹ rome tēplū cōstitu
it nōnulli tn̄ fuisse saturnū volūt Discat etiā primus qui vitē planta

uerit vinūq; collegerit: fuisse nō bacchū quēdā vt ꝑhibent Sed noe. vt testamentū vet⁹ asserit. ⁊ Lactanti⁹ approbat si hec oīa cognouerit maiorē aī voluptatē sentiet nec pudebit eū terrā colere: de q̄ tot p̄clara virorum ingenia scripserūt ſʒ exercitiū ꝑtē optimā omisim⁹ nihil em̄ de studio lrāꝝ diximus. q̄ nihil meli⁹ excogitari potest. Studeat itaq; beatę vitę diligens inq̇sitor. optimā sibi bibliothecā comparare. sacros gentilesq; libros in ea recōdat Est em̄: vt Augustinus in eo libro q̄ de christiana doctrina inscribit᷑ dicit: scientia secularis non solū nobis vtilissima verū etiā necessaria ꝓpter tropos ⁊ figuras q̇b⁹ sacrę plene sunt historie Sctōꝝ philosophoꝝq; vitā lectitet. ⁊ inq̇rat quenā fuerit illoꝝ de vita btā sententia studeatq; maxime platonicos (qm̄ pl'ima recte sentiunt) imitari. philosophie morali fiat familiaris: q̄ trifariā diuidit᷑. In politicā oeconomicā: ⁊ monasticā Volumina tria M. T. Ciceronis q̄ de officiis scripsit. sp̄ in manibus habeat. ⁊ studeat q̄ legerit imitari. legat historias. auctores nouerit oēs. q̇cq̄d legerit tenaci mēoria teneat ⁊ qm̄ vt p̄dixi opus ē. vt bibliothecā habeat. discat q̄ fuerint ātiquoꝝ. q̇ maximā libroꝝ habuerūt copiā. ⁊ eoꝝ emulus efficiat᷑ Adrian⁹ Sed q̇ fuerunt q̇ maximā libroꝝ habuerūt copiā Bigo pisistrat⁹ Atheniensiū tyrann⁹. p̄m⁹ apud grecos bibliothecā cōdidit quā xerses. incēsis Athenis vexit in ꝑsas lōgo post tēpore Seleucus nicanor in gręciā reduxit postea magnus Alexāder ad ꝯpandos libros aīm intendit. ⁊ philadelphus pisistrati emulus. nō solū gētiles. ſʒ etiā diuinas litteras voluit. hui⁹ tꝑibus fuerūt in Alexādria. septuaginta interꝑtes q̄ vt Augustin⁹ in eo libro q̄ de doctrīa xp̄iana īscribit᷑ d't testamētū vet⁹ ita interꝑtati sunt. vt singuli in singulis cellis reclusi essent. ⁊ ꝯpleto opere factū ē vt ī vniuscuiusq; iterp̄tatōez nō solū idē sensus ſʒ etiā eadē v̄baꝝ eodē ordine posita reꝑta sint Adrian⁹ Res auditu mirabil' eq̇dē credo celestē spiritū mētibus eoꝝ insedisse Bigo Tecū sentio Qui p̄mus libroꝝ copiā romā vexerit Paulus emilius fuit deuicto perse Macedonū rege: Postea lucull⁹ e pōtica p̄da Et post hos Juli⁹ Cesar romanoꝝ prim⁹ impator summe bibliothece cōstituende M. Varroni ꝓuinciam dedit p̄m⁹ āt pollio bibliothecas et gręcas ⁊ latinas rome publicauit addēs auctoꝝ imagines Et vt de christianis dicā Pamphilus martyr cuius vitā scripsit. Eusebius Cesariēsis in bibliotheca sua triginta voluminū milia collocauit. dixi supi⁹ q̄ velit in hoc exercitio versari debere que diximus agnoscere. qm̄ ⁊ hisce ad studiū accenditur aīmus. ⁊ studet emulari: ⁊ ad aliquid p̄clarum excitatur. Adrianus At omnes habere bibliothecas non p̄nt Bigo fateor. sed habentibus studeant adherere. et om̄e tempus quod in comparandis libris dandum erat. id omne in assidua

lectione consumāt. sic docti sic illustres euadent. sic deniq₃ meus nostra in his liberalib⁹ studijs occupata via regia gradietꝛ. nec ad dextrā nec ad sinistram declinabit Adrianus Tetigisti qd̄ iam diu multum dubitaui Quid est via regia. ꝛ dextra ꝛ sinistra ꝓcedere: Sigo Uirtutes sp̄ in medio ꝯstituūtꝛ. vicia ꝟo dextra ꝛ sinistra locantꝛ. media via regia dr̄. qm̄ is demum se regere nouit qui via media ꝑambulat. vt aūt qd̄ dicim⁹ clari⁹ elucescat. exemplū subijciā. viciū est nūq₃ ridere. nūq₃ hilarē vultū depromere. ꝛ qui huiusmodi fuerit. rusticū nominabo Rusticitas igitꝛ pro vicio reputatꝛ. Qui semꝑ rideat sp̄q₃ lasciuiat scurrā appellabo. quē vtiq₃ non laudo qm̄ viciū est Qd̄ vero mediū istoꝝ est. aliqn̄ mediocriter ridere amicis ꝛ hospitibus letam faciem exhibere. dignū laude iudico quā rem qui sciuerit obseruare. comis nominabitꝛ. ipsa autē virtus comitas Sic igitꝛ constitui poterunt. vt logicos imitemur

Dextra	Uia regia	Sinistra
Rusticitas	Comitas	Scurrilitas
Iracundia	Ira	Segnicies

Ides Nequaliter via regia gradiendum sit. vt de scurrilitate. diximus sic pariter de iracundia fas erit dicere Adrianus habeo que dicis. ꝛ recte quidem dixisti necessarium esse castitatem curantibus exercitium nam primo greci. postea romani. pudiciciā colētes. dixerūt Dianā que castitati ꝑerat. ꝛ nemora ꝛ salt⁹ assiduis venatōibus agitare. ꝛ corpus suum vt noster paulus in seruitutē redigere Aduertebant em̄ neminē (vt prediximus (sine mēbroꝝ exercitatione posse diu illesam custodire virginitatem Sed si placet iam de raro colloquio quod quarto loco positum est dicatur

De taciturnitate.

Igo oportet omnino. vt qui velit esse castus. casto sermōe studeat vti sermo āt nr̄ cast⁹ erit. si raro honeste. ꝛ cū bonis habeatꝛ Rara dixi qm̄ difficillimū est linguā lubricā ita gubernare q̄n si diu loquuti simus ꝟbū aliqd̄ imprudēter excidat ex q̄ aliqd̄ inhonestū oriatꝛ in aīo. ꝛ paulatim surrepat ꝛ alti⁹ figat radices. vt difficile possit amoueri. s₃ hoc. magis ꝑiculo q̄₃ ratōe ꝯgnosci potes non sufficit vt sit sermo breuis. nisi fuerit honestate ꝑditus Un̄ paulus noster inquit Corrumpunt bonos mores colloquia mala. quod tamē est a greco poeta trāslatum Legimus non nullos e nostris. qui vt silentium discerēt et loqui dediscerent ore clauso triennio lapidem gestauisse. Adrianus miram ꝯstātiam hoīm narras Sigo Si hec tantopere miraris qd̄ de Socrate dices. qui ea ꝯstantia fuisse dr̄ vt ꝑdius ꝛ ꝑnox a summo lucis ortu alterꝛ orientē solem in eisdem vestigijs immobilis. ꝛ oculis in

eundem locum semper defixis: cogitabundus staret: quasi quodam men-
tis decessu facto a corpore. Nihil est tam difficile quin facile fiat vbi pi-
gra et iners voluntas absuerit debet non solum sermo noster breuis et
honestus esse sed etiam cum bonis haberi. vera enim prophete sententia
Cum sancto sanctis eris: et cum peruerso peruerteris. Cauenda est oino
malorum consuetudo et in aliquem locum semotum a turbis hominum
secedendum. et in sanctorum fratrum conuentum bene beateque viuendũ
est: vbi omnibus que ad dei seruitutem pertinent diligenter exactis pos-
sit reliquum tempus in studijs (que prediximus) occupari Adrianus
Ergo solitudinem vituperas. in qua primo patres nostri. Helias scilicet
licet et heliseus nec non. Joannes cui baptista grecum cognomen ẽ. ha-
bitauerunt Sigo Nequaquam heremum vitupero in qua dum Plinius
secundus esset: dicebat se nihil audire qd audiuisse: nihil videre qd vi-
disse penituisset. verum paulo periculosiorem esse affirmo: et nisi perfec-
tis viris appetendam. Nam si sis solus velisque quicquam turpe facere. ne-
minem vereberis. si cecideris non est qui te subleuet In cenobio autem
et quem verearis et qui tibi sit adiumẽto necadas. et qui deniquam subleuet
si cecideris semper habere poteris vnde Hieronimus vere beate vite cõ-
pos dicere solebat. funiculum triplicem tardius rumpi Adrianus ha-
bes ne de gentilium historijs quicquam quod proposito nostro de silẽtio cõ-
gruat Sigo habeo multa que narrare possem sed preclarum istud xeno-
cratis in primis habeo. Is cum forte semel in multitudine iuuenum esset
qui vitas aliorum moresque carperent: solus tacebat. nec verbum quidem
expressit. et percontanti cuidam cur tam diu taceret respondit. se peni-
tuisse aliquando dixisse tacuisse vero nunquam Iste vero cũ nostris de quibus su-
pra mentionem feci rite concordat: qui idcirco taciturnitatem tãto stu-
dio obseruabant. quia intelligebant et celum sine castitate. et castitatem
sine silentio comparari non posse enim quam recta intelligentia gubernabã-
tur. Hi profecto habiti sunt digni qui celum colerent quia mundi ab
omni terrena labe reperti sunt Imponendus igitur ori nostro quidam
modus ne quicquam plusque sit necesse loquamur

Sequitur nunc de continentia sensuum.

Astitatis firmissimum munimen est: exteriores cohibere
sensus: nam quicquid oculi vident: quicquid aures capiũt
quicquid manus ceterique sensus accipiunt confestim cordi
tanquam omnium principi nunciant: in quo omnis nostra reposita salus
Quare propheta deprecabatur dicens. Auerte oculos meos ne videant

vanitatem Timebat enim ne speculi aliquid vani conspexissent. ⁊ in-
trinsecus attulisset. mens ipsa macularetur quam decet esse niue can-
didiorem. ⁊ quia quinq; sunt sensus longum esset vnumquemq; trac-
tare sed quecumq; de vno horum dicentur eadem de ceteris dici intelli
gatur. quicquid de visu tactuq; dicemus de auditu pariter ⁊ odore ⁊ sa
pore percipias Cõuenit igitur visum auditum ⁊ tactum ⁊ ceteros pru
denter ⁊ cum virtute gubernari qui nobis a deo concessi sunt vt diuina
audiamus ⁊ videamus ⁊ vt visa ⁊ audita in secessu mentis arcano repo
namus ⁊ seposita non tanq̃; mortua teneamus sed vt diligenter opere
mur. ⁊ si forte quem videris ignorantem debebis eum docere quo sciue
ris Nam vt inquit Augustinus Si noueris aliquid nec velis id ali
cui monstrare nondum cognoscis quo pacto cognoscendum est Ni
hil audiendum est nisi quod iustum ⁊ sanctum sit ⁊ immortalis dei lau
dem resonet Non adhibende sunt aures quibusdam assentationum le
nocinijs quibus maxime solent capi hoĩes dum se tantummodo extrin
secus inquirunt Et duz magis aliorum verbis q̃; sibimetipsis de se cre
dunt si autem contigerit hoc pacto laudari Carmen illud horatij me-
moria teneamus Nec te decipiant animi sub vulpe latentes
Et item illud Catulli
Nos alio mentes alio conuertimus aures
Sed quid de odore dicam. cum etiam in satyra Iuuenalis
Delicatus ⁊ odoribus plenus iuuenis a meritrice reprehendatur
ait enim illa Unde hec spirant opobalsama collo
Dic age nec pudeat dominum monstrare tarberne
De tactu quid loquar nescio non enim potest
Pre magnitudine sceleris enarrari neq; quicq̃; est quod magis animã
coinquinet inficiat Nota est Archite tarentini sentẽtia Dicebat eñ
nihil fedius nihil periculosius mentibus humanis a natura datum q̃;
voluptatem Hinc. R.p. subuersiones hinc tacita cum hoste colloquia
⁊ omnia praua concilia profluere non mentiebat Sunt igitur sensus
omnes precipua cura coercendi. per quos tanq̃; per fenestras ascendit
mors ad animam Nec preclarum illud Sophlis exemplum silentio
pretereundum puto qui sciscitatus a quodam an venere vteret Dij me
liora velint inquit libenter enim istinc tanq̃; ab aliqua friuola domina
tione semper fugi sed hinc sapienter respondit xenocrates vero sapiẽ-
tibus egit Nam dum propter continentiam sensuum apud omnes ad
mirabilis esset. eius discipuli tentare voluerunt si talem in animo con
tinentiam haberet qualem monstrabat extrinsecus facto itaq; splẽdido
conuiuio ⁊ preceptorem suum conuocarunt. nec alia causa nisi vt rati-

onis eius vires. largis suauioribusq; potationibus opprimerēt. qd' vbi factū putauerant in lecto strato molliter eum collocabāt moxq; phiani scortū nobile in cubile introduxerūt. & solus cū sola relinquit᷑ Oratio fe dissime libidinis nobile ppugnaculum. tunc qd tua possit ꝟtus expli casti pcipite adolescentes audite iuuenes aures adhibete viri. & senes ra tionis expertesq;. vir multo vino madidus. in mollibus plumis cū me ritrice iacet. remotis oibus. arbitris carnis incendia stimulāt. sed quia congnoscebat nihil peius nihil turpius. & nihil quod ab immortali deo grauius puniatur. nequaq; flectit᷑. instar scopuli q̇ inter fluctus natu ra fundatur. & vndaꝝ frequentiū collisione vapulat. nec mouetur. incō cussus mansit & immobilis Adrianus mirę virtutis hoiem narrasti. q̇ ea ꝯstantia mihi fuisse videtur. que etiā in martyre posset admirari. Si go p̄t etiā. Periclis exemplū p̄dictis adiungi Qui Sophocle college suo poetę Tragico ingenui pueri p̄tereuntis formā laudanti. increpās dixit. hoīs manus non solum a pecunijs lucra sed etiā a libidinoso ocu los aspectu ꝯtinentes esse debere Quid tibi Spurinam ꝯmemorem. qui nō solū sensus continuit s; etiā ne forma sua posset alicui sensus im prudenter gubernāti nocere ꝓuidit. Dum em̄ intelligeret eximiū deco rem suū tanq; libidinis irritamentū multis obesse: correpto cultra na res labia. sup̱cilia. mentū genasq; recidit. q̇ q2 paganus & gentilis erat. maiore admiratōe ꝓsequendus est. Studeam⁹ igit᷑ forti inuictoq; aī robore. sensus nrōs sic ꝯtinere vt p̱ eos nil nisi qd' nobis īmortalis vite spem repromittat exerceam⁹ Veniēdū nūc ē ad p̄mij futuri ꝯsideratōe;

De premij futuri consideratione

Quidem Fili Adriane libidinis continentia non parum la boris & sudoris pre se ferre videtur. presertim in adolescēte quam rem animaduertens ille rerum cōditor immortalis deus. magnitudinem laboris copiosa mercede pensauit. Sed quo gra uior est labor tanto maius est premium Fortiori militi. & qui periculo siora in belli feruore pertulerit: precipuo quodam preter ceteros corone premio donari consueuit Tanta sunt premia que virginitati debentur vt si pro eis acquirendis quisq; nostꝝ sub Aetne specu ardētissimo Ne storis annos et etatem Sibillę duplicatā vixisset. nondū tātillā ptem meruisset Qm̄ precio. sedes imortalis. oīs expers meroris & tristitie oī plena iucūditate. oī ꝓuata caligine. oī referta lumīe cōparari posset. in qua iā fact⁹ imortalis fabricatorē mūdi hui⁹ q q̄dā mirabili prouidētia

gubernatur posses assidue cōtemplari Sed foret satius nihil q̄ pauca de celestibus loqui quorum minimā portiunculā Paulus agnoscēs vociferabat Quis seperabit nos a charitate dei. gladius an fames. an omnia que possunt excogitari tormenta O paule quid si perfecte integreq̄ ea cognouisses ꝓ quibus crucē Petrꝰ Violētiā pellis detractionē Bartholomeus. lapidū seuissimos ictus Stephanus ⁊ alij innumerabilis ꝑpessi sꝫ. portaturi etiam ꝓ patria celesti maiora ⁊ grauiora si potuissent Tanta sunt igitur virginitatis premia futura q̄ta ex predictis comprehendere potuisti. sed quid inquam comprehendere potuisti quū nostra cognitio tāti non sit vt ad contemplandum minimum q̄d illorum se possit erigere Audi queso quāta sint ea que nec ipsi qui viderunt exprimere possunt Aurelius Augustinus in se totus contractꝰ forte semel cogitabat que nā essent celestia gaudia vt possit mandare l̄ris ⁊ prodesse vēture posteritati. ⁊ dū arctiꝰ mētis neruos collegisset in vnum. Ecce repente fugatis tenebris (erat enim tunc medie noctis conticinium) mirabile lumen emicuit mirantiq̄ Augustino ⁊ querenti quis nam esset se Hieronimum esse respondit. qui paulo ante corporis ergastulo solutus ad patriā migrauerat. ⁊ hec verba adiecit ante Augustine totum pelagus paruo vasculo cōcludes ante orbem terraꝝ pugillo comprehendes qua possis celestium gaudiorum minimum q̄d inuestigare nisi vt ego nunc. sic ⁊ tu olim periculum feceris. ⁊ mox ex oculis euanuit Et vt etiam de paganis mentionem faciam nōne q̄ plrimi eorum vt immortales fierent. sponte sibi manus intulerunt Nōne zeno Cleantes Chrysippus ⁊ Cato se proprijs manibus necauerūt vt in celum migrarent Preterea nonne Empedicles in ardentissimū etne specum in tempesta nocte proiecit vt citius transiret ad superos quia si tanta erat in illis beate vite cupiditas. vt nec vite sue parcerent. quanto magis nosipsi vt eam assequamur breues quasdam delectationes effugiamus. ⁊ corpora nostra studijs asperioribus consuefaciemus. vt possumus omne certamen sustinere viriliter

De diuino auxilio

His habitis poterimus integram seruare integritatem. si tantum res vna superaddita fuerit hoc est diuinum auxilium. neq̄ enim quicq̄ nisi deo propicio recte fieri potest q̄d ipse dum adhuc in terris vitam ageret testatus est his verbis Sine me nihil finire potestis Quoniam rerum deo tribuendus est honor sꝫ hoc auxilium facillime consequeꝛ qui ceteraque predixi firmo propo

sito retinuerit Nec mos iste diuini auxilij inuocandi apud nos solum
obseruatur sed etiam veteres grecorum latinorumq; poete tenuerũt.
vnde semper in librorum exordijs minimis alicuius fauore implorant
quo cetera possint commodius adimplere Orandus est itaq; deus.
vt nobis sit auxilio. quod facile impetrabimus. si orationi nostre cõdi-
tiones duas addiderimus. ieiunium scilicet ⁊ elemosynas. ⁊ si hec duo
cum humilitate condiuerimus Adrianus est ne(vt aiunt)tam robu-
ste virtutis humilitas Bigo Nemo est qui nesciat demonis superbi-
am nostra humilitate superari Meminerunt sacre littere. ꝙ dũ Ma-
charius apud paludem quandam solus obambularet. humani generis
inimicum curua falce armatum a longe venientem prospexit. ⁊ cum si
bi falce minitantem. quũ iam accessisset vt propius aspiceret. nec ta-
men abesse potuisset cur hoc accideret interrogauit. cui ille furibundꝰ
sola inquit humilitas in te est homuncule que te hodie fato subtraxit.
sed cane non impune feres' vides ne quo pacto vicerit demonis su-
perbiam Item memorie proditum est ꝙ dum Antonius solitudinis
incola supra se mente raptus esset. orbem terrarum connexis inuicem
intricatisq; laqueis plenum vidit. qua re dolens humanam miseriam
vt sui moris erat grauiter ĩgemiscens. tractis ex imo pectore suspirijs
heu heu inquit pater omnipotens quis tot laqueos euadere poterit ⁊
ecce vox ab incerto auctore prolata non tamen humana sic semel into-
nuit. humilitas nec amplius quam semel audita est. at si manifeste sig-
nificaret solam humilitatẽ posse huius. mundi laqueos ⁊ insidias ef-
fugere. que cum ita. sit studebimus ei familiares fieri Sed de castita-
te disputasse iam satis videor. reliquum est vt ad contemptum mundi
stilum conuertamus. quod equidem breuiter expediam quoniam iacto
iam castitatis fundamento quasi sua sponte mundi contemptus con-
sequitur Mundi contemptum(si memini)supra commemoraui nõ
solum esse vtilem ad acquirẽdam que a nobis queritur iusticiã sȝ etiam
necessariũ ita vt sine eo nihil fieri possit late ꝓbauimꝰ Nũc quo modo
possȝ inuenire succincte dicẽdũ ẽ Cũ igit᷑ obtinebimꝰ si tria diligẽt no-
bis intellecta fuerint scȝ instabilitas insatiabilitas ⁊ solicitudo

De instabilitate diuitiarum

E diuitiarum instabilitate multa dicere velle supuacaneũ
videtur quum non modo antiquis ⁊ veteribus sed etiam
quottidianis ⁊ domesticis exemplis abundamus Nemo est qui nesci

at vulgatam illam sententiam. Fortuna ñil cuiq̃ donat sed mutuo dat vt possit idem cum libuerit iterum auferre. sed nos demētes quum diu possedimus quod fuerit nobis mutuo datum in proprium vsum con- uertimus. nobisq̃ vsurpamus. quod vbi fortuna animaduerterit gra- uiter ferens: quod dederat adimit. aliisq̃ largitur. ⁊ quanto nobis in- dulgentior fuerat tanto molestior efficitur. Fortunam enim dicebant veteres cuncta gubernare. ⁊ eius nutu cuncta disponi Et idcirco pīgen tes eam. simulacro eius regimen attribuebant. copiamq̃ adiungebant quoniam ipsa esse putabatur que fruges omnes parturiret et vt ipsis videbatur distribuebat. sed nos fortunam nescientes. quicquid fieri vi- demus ab immortali deo fieri putemus Sed vt dicimus. non perma- nent hec bona que subito affluunt ⁊ subito dilabuntur. nec stabilitatem habent: que nec appellanda bona: Tullius estimat. nouerat hoc Sene ca poeta tragicus quod ipse testatur in oedipo dicens. Quem dies vi- dit fugiens superbum. hunc dies vidit veniens iacentem. Quot reges quot principes. quot etiam priuate vitę homines videmus. qui auro. argento. signis. tabulis. ceterisq̃ operibus abundant. ⁊ paulopost. Se uiente fortuna nihil horum habentes. aspicimus. Vides ne quot greco rum olim potentissimi principes: nunc ab infestissimo Turcorum du ce propulsi. sedibus incertis victum vestitumq̃ mendicantes euagent qui si a principio vite diuitiarum instabilitatem cognouissent. eis hoc non accidisset. nam nec in fragilibus bonis spem vllam posuissent nec se in supbiam pueriliter erexissent sed predecessorem suum sapientem il lum Biantem studuissent imitari Cuius cum patriā cepissent hostes ceteriq̃ ita fugerent vt multa de suis rebus secum asportarēt quū esset monitus a quodam. vt idem ⁊ ipse faceret. ego inquit oīa mea mecum porto. nec non Marcum Curium Romanorum ducem. qui quum vi disset ad se venisse Samnitum legatos auri magnum pondus afferen tes. subridens dixit Ite ⁊ Sānitibus nunciate Marcum Curium mal le diuitibus imperareq̃. fieri locupletem Non ignorabat enim q̃ va- na sit diuitiaꝝ possessio. quod etiam. Epicurus qui summum bonum in voluptate ponebat facile ꝯfitebatur Non est igit̃ huiusmodi bonis fides adhibenda. nec patiendū nobis. quottidie tam turpiter illudi

De insatiabilitate
diuitiarum

Ic queso audisti ne vnq̄ꝫ mortalium quenq̄ꝫ qui sibi satis
diuitiarum diceret esse Adrianus Audiui quidez qui hoc
diceret. qui vero sic putarent. neminem vidi Sigo Recti-
us inquis. nam sepius alter quā sentiunt loquuntur nec mirum est. si
nequit animus istis saturari quum nec finitis impleri possint infinita
quod vel maxime illo exemplo probari potest Alexander philippi ma
cedonis filius. quū audiuisset ex autoritate Democriti philosophi plu
res esse mundos. heu me inquit miserum. ꝙ nec vno adhuc potitus sū
Qui si nec toto mūdo saciebaṫ q̄d ampliꝰ erat appetēdū. nisi cum celi-
colis noua mouere certamia Quare Satyrici nostri verissimo carmie
concludēdū ē Crescit amor nūmi quātū ipsa pecunia crescit

¶ De solitudine diuitiarum

Xistimabant nonnulli veterum summam libertatem esse
diuitijs abūdare. ⁊ eum demum liberum esse putabant qui
posset vno anno Romanorum exercitum pascere vero ego
huiusmodi hominem non modo non liberum dixerim sed nec liberta-
ti vicinum Sunt enim in opibus anxię sollicitudines que ante tem-
pus senectutem adducunt ⁊ aīm nrm̄ sic afficiunt vt suiipsius obliui-
scatur ⁊ a recti certiq̄ꝫ iudiciū cognitione recedant Audisti ne vnq̄ꝫ Se
necam clamantem venenum in auro sumi. non autem in vasis fictili-
bus Et reges sui lateris ensem timere Audisti ne prophetam dicētem
Diuitie si affluant. nolite cor apponere Audisti ne preterea quod pas
sim recitari solet exemplum Aiunt em̄ quendam regem dum sibi obla
tum a populo diadema videret priusq̄ꝫ sumeret diu considerasse. ac de-
mum dixisse o nobilē magis quam fęlicem pannum quē si quis agnos
cat q̄ꝫ multis angustijs ⁊ sollicitudinibus refertus sit nec humi qui-
dem iacentem tolleret. Sed vt tibi de modernis aliquid loquar. Uir
erat Florentie prediues. equestris ordinis. apud cuius ędes Cerdo qui
dam exercendę sutrinę gratia paruulam scenam ex contextis tabulis
erexerat. Quum his igitur nihil aliud haberet preter quod labore quo
tidiano sic queritabat ⁊ nunq̄ꝫ nisi lato animo ⁊ serena facie videretur
prediues ille cuius supra memini satis admirari non poterat Tenta-
re itaq̄ꝫ voluit. esset ne verum quod sepius audiuerat diuitias. scilicet
sollicitudinem parere. sumptumq̄ꝫ graue pondus auri intēpestata noc
te per fenestram in cubiculum eius tacite proiecit Mane autem sur-
gens cerdo proiectum aurum curarum radicem repperit quod vbi co
gnouit paupertatem suam miseratum dnm̄ estimās repēte corripuit ex-

pitq; dubia mente versari: quid potissimum ex hoc faciendum esset. ne
sciebat enim ad celandum. an alicui ex amicis aperiendum esset Si ta-
cuisset. dicebat non posse quicq; sine cōsilio recte ministrari. si vero dix
isset. timebat ne forte aliqua arte sibi surriperetur. hinc profunde cogi-
tationis. hinc curarum immensus cumulus exortus tandem quid fa
ciat nescit. tristi vultu. confecto supercilio ⁊ ęgro animo cogitabundus
raro procedebat in publicum Quare compertum est. in diuicijs esse tri
sticiam. merorem. angustias ⁊ sollicitudines innumerabiles. quo fit vt
ausim dicere. illas tanq; malum proijciendas. quo facilius ad iusticiā
pertingere possimus. ⁊ de his hactenus Postq; duos gradus ascendi
mus. pudiciciam scilicet ⁊ mūdi contemptum. tandem ad ipsam iusti
ciam deuenimus. in qua ego vitā beatam colloco. Nihil enim est aliud
btē viuere. vt M. tullio placet nisi recte viuere. in quo nihil deest ad btē
viuendum Et quoniam quid sit ipsa iusticia superius satis liquide mō
strauimus. honestissimę voluntati tuę satisfecisse me puto. Adrianus
profecto ita abunde mihi satisfactum est. vt videre videar. ipsam vitam
beatam manuq; contingere. nec. Despero. quin ad eam peruenire pos
sim. Sed tamen restat adhuc vnum: quod intactum nequaq; preteriri
debet Sunt pleriq; q̇ existiment sacras litteras quia in culte sunt pui
faciēdas. ⁊ precipue hi qui aliquid eloquentię gustauerunt. ⁊ quia q̇c
quid diximus. in eis radicitus fixum est non alienum videbitur. si pau
lo vlterius progressi fuerimus. ⁊ aliqua firmissima fidei nostre adiumē
ta numerauerimus. post hec non inueniens erit. si quedam que ex pre
dictis concepi dubia. paulo accuratius enucleaueris Sz quia iam me
dio cursu transacto. precipiti curru. sol vergit ad oceanum. rogo te pa
ter. vt dum modo dilucide. q; breuius fieri possit dicas. Sigo dicis esse
plerosq; qui sacras litteras dicant floccipendendas. q: sunt simpliciter
⁊ sine vlla facundia prolatę primo igitur diuinę legis simplicitas dam
nanda non est. sic exprimi omnino debuit. partim qui per severax ē nec
indiget aliquo fuco orationis ad probandum. Res enim veritate pre
dita simpliciter enuncianda est. res vero ficta. quedam figmenta ⁊ colo
res postulat. quibus verisimilis appareat parti quia illa que sunt in cō
muni necessaria. communi sunt sermone dicenda vnde cautum est. vt
syngropha quibus rei citātur in iudicium communi sermōe scribātur
vt possint etiam ab indoctis saltem sub nube intelligi scribūtur etiam
eo stilo causę ⁊ cetera que in foro iudiciali tractātur. Qz vero dicis esse
sine facundia prolatas non plane assentior. huic sententię Quare du-
plicem esse facundiam volo. verborum scilicet et sententiarum Iuuenū
scilicet et senum Iuuentutis scilicet ⁊ maturę etatis Iuuenū facūdia

in quo versat᷑:nisi in ꝗbusdã ꝑpolitis ⁊ cultis dictõibus:ꝗ nihil aliud in se hñt nisi ventosum tumorẽ ⁊ resonantiã:ꝗ solet impitoꝝ aures demul cere. hac eloquẽtia nõnulli hac tẽpestate (ꝗ si nõ sunt oĩno boni. vident᷑ tñ freqñtius) vtunt᷑. ⁊ impiti vulgi in se ora ↄuertũt. de q̃ꝝ facũdia lepi dissimũ illud Augustini dici posset. hec siliq̃ intra dulce tectoꝝ sonãtes lapillos: quatit. sequunt᷑ hãc nrĩ eneruati poetę. ⁊ istius tpis semiorato res· nihil aliud est hec quã ꝑdixi facũdia. nisi nauis in medio pelagi ↄsti tuta: ꝓuata regimĩe. nisi corp⁹ sine aĩa nisi organũ auro argẽtoqȝ celatũ sine aĩante spũ. ⁊ deniqȝ nihil aliud q̃ȝ equ⁹ sessoris impatiẽs freno oĩqȝ vinculo expedit⁹. q̃ fit. vt nullus vnquã vtilitati fuerit. nocumẽto ãt plerisqȝ Altera ꝟo facũdia. sniaꝝ graui maturoqȝ passu gradit᷑. q̃ sapia vocat᷑. ea q̃ habet sapiẽs dr̃. hec nihil effat᷑. nisi qd̃ prius excussum. pon deratũ. cribatũ. ⁊ acie mẽtis exaĩatũ sit. Hec si ꝗd dicit. qd̃ cuiqȝ displi ceat· nil tñ qd̃ noceat tãtoqȝ sapiẽtior ẽ. quãto non fauorẽ ppl'i. sed veꝝ rectũqȝ sequat᷑. Hec sine ꝓma plimum. ꝓma ꝟo sine hac nihil oĩno p̃t. hec aĩę. illa corpis vicẽ gerit. hec animas. illa aĩatũ. sicut igit᷑ p̃t aĩa sine adminiculo corpis viuere. sic etiã ista. quã voco sapiam sine facundia vires suas explicare p̃t Fuit igit᷑ in sctãꝝ lrãꝝ autoribus hec eloquẽtia ꝑcipue. sed nec oĩno ꝓma defuit. quã non multo sudorę ⁊ labore queãd modũ alterã q̃ siuerũt. sȝ tanq̃ȝ vltro se offerentẽ. ⁊ sponte sua seqñtem ac ceperũt. hec est illa facũdia. q̃ vsi sunt apud grecos phoꝝ ꝓncipes Plato Theophrastus Aristoteles: ⁊ pleriqȝ aliȷ̃ q̃ more oratoris mallebãt eẽ sapiẽtes q̃ȝ videri Qd̃ igit᷑ dicũt. vrãs nrãs esse simplices cõcedemus q̃ dem ꝓmos parẽtes nrõs sic loquutos fuisse. q̃si fundamẽtũ iacientes si ꝟo aduerterimus ꝗd sup illo edificatũ sit inueniem⁹ parietes auro argẽ toqȝ celatos· Primo itaqȝ apl'os silentio ꝑteriens tanq̃ȝ oĩb⁹ cognitos de grecis xp̃ianis mentionẽ faciã. Fuit Origines qui. Celsio Metho dius Eusebius ⁊ Apollinaris q̃ Porphyrio heretico rñderũt Originis octo libris Methodius decẽ milibus ꝟsuum Eusebius q̃nqȝ ⁊ viginti Apollinaris triginta voluminib⁹ Quadratus apl'oꝝ Discipul⁹ Athe niensis eccl'ie pontifex Adriano ꝓncipi. Eleusinę sacra visenti. librum ꝓ nrã religione tradidit. cui tãta inerat iucũditas sermõisqȝ festiuitas vt illi⁹ excellens ingeniũ (sicut Hieronim⁹ affirmat) grauissimã impa toris ꝑsequutionẽ extinguet᷑ Eidẽ Adriano doctissimus phus Aristo. ꝓ xp̃ianis tradidit Apologeticũ Quid tibi Justinũ militonẽ Sardẽ sem ep̃m Apollinarẽ Hierosolimitanę eccl'ię ꝑsbyterũ Quid Dioni sium Corinthiorum ep̃m. qui scripsit. quibus philosophorum senten tiȷ̃s descenderit heresis Origenis quid Deniqȝ tibi panthenũ comme morẽ. qui ob precipuã doctrinã predicaturus. ad Indie philosophos

missus est Adiũgam etiam Clementem Milciadem Julium affrica-
num Theodorum Dionysium Alexadrinum episcopum Anatholiũ
Pamphilũ Lucianum Malchionem Eusebiũ cesariensem episcopũ
Eustachiũ Athanasium Magnũ basiliũ. ꝛ infinitos alios longũ esset
numerare Veniã ad latinos Tercullianus Apologeticũ scripsit Mi
nutius felix cõtra mathematicos Arnobiꝰ septẽ libros cõtra gentes. ꝛ
eius discipulus Lactantiꝰ. totidẽ cõtra gẽtes. edidit etiã de ira dei de
opificio diuinio libellos duos. necnon ꝛ epl'arum carminũq; volumia
pl'ima Itẽ Victorinus Cyprianꝰ Boetius ꝛ Hilarius qui scripsit li
brũ cõtra Diascoridẽ Medicũ Juuencꝰ sub impatore Cõstantio Sal
uatoris hystoriã versibus explicauit Quid ỽo Ambrosius Augusti-
nus Gregoriꝰ ꝛ Hierõimꝰ fecerũt i oim manibus ẽ. Isti oẽs greci pa
riter ꝛ latini quos hactenꝰ numerauimꝰ ita sapiẽtiam cũ eloquentia i
unxerũt vt coꝝ scripta legẽdo q̇d inter eos ꝛ Tulium ꝛ Demosthenẽ in
tersit discernere nescias Nec mireris si supius dixerim facundiã fugi
endã esse nũc vero dicã ꝛ in nr̄is eam fuisse sic eñ capiendũ ẽ. vt facun
dia sine gubernatrice sapia vana sit sapiẽtie vero copula nõ sit aspernã-
da vnde. M. T. Cicero Romani eloquij princeps ad Herẽnium in
q̇t Nõ parum fructus in se habere copiam dicẽdi, ꝛ cõmoditatem ora
tionis si recta intelligẽtia ꝛ definita animi moderatione guberneť. quo
fit etiã vt Quintilianus oratorẽ diffiniens dixerit oportere eum esse
virũ bonũ dicẽdi peritũ Primo vult esse in oratore bonitatẽ. qm̄ que
magis sunt necessaria. in p̄mis sunt inuestigãda ꝛ vt paulo audaciꝰ lo
quar. si quis vir bonus fuerit. q̄uis ea tã exquisita dicẽdi peritia caret
mõ impetret quid vult. oratorẽ nominabo nã finis oratoris ẽ ad psua
sionẽ dicere Preterea nõ minus victor appellabiť qui vicerit hostẽ si
ferreis armis vsus est q̄ si aureis munitus fuisset nec ianua minꝰ apta
diceť. que claue ferrea q̄ que argentea fuerit patefacta. nec minꝰ victor
appellabiť equus macrilentꝰ quã pinguis ꝛ obesus modo ãte alios me
tã tetigit Habet igiť christiana fides veteris nouiq; testamẽti oroto
res excellentissimos quibꝰ armata nõ dubitat cum gentiliũ ętate certa
re Adrianus habeo q̄ dicis ꝛ miror. ꝙ hec oĩa tam breui tamq; diluci
do verborũ ambitu disserueris. ꝛ gaudeo q: quod nesciebã didici Sed
quũ supius de vita beata disputaremꝰ vnũ mihi restitit. de quo nunc a
te certior fieri vellem. possit ne inquam vita beata in diuitijs reperiri.
ꝛ si forte possit in quibus potius. an in paupibus an in diuitibus Si-
go Hec sane beatitudo inter oẽs hoĩes tam paupes quoq; diuites in-
ueniri põt Deus eñ vult oẽs fieri beatos. diues qui multis affluit di
uitijs fiet beatus si fortunarum suarum non solum possessorem. s; etiã

se cognoscet esse dispensatorem rem familiarem integre sancteqꝫ guber-
net. nec plus nec minus q̃ꝫ cuiusqꝫ necessitas postulat, efficiẽs. sꝫ preter
cetera pauperum nõ obliuiscat: quibus si quis in vita subuenerit qui si
bi subueniat dum mortuus fuerit non indigebit. sic per foramen acus
omni onere reciso Camelus intrare poterit. si gracilem politum ꝛ expe
ditum se reddiderit. sed hec via quia laboriosa minus quidem trita est.
pauciqꝫ in numero diuitum reperiri solent qui possent ad beatitudinẽ
peruenire Igitur paupertas est potior quod facile concedes. si quid in
ea illa. mali ꝛ quid in hac boni sit ostenderimus Magna rerum copia.
magnus curarum aceruus. diuitie non sine magno sudore acquiruntur
aliq̃n dum queruntur amittuntur non nunq̃ꝫ possessores suos secum
trahunt ad interitum. nec longe exempla petamus. quottidiana suffici
unt Nauigant oceanum mare. nauigant Hellespontũ. in patriam re-
uersi. hereditatem ab affinibus defraudatã. matrimoniũ vl' pollutũ vel
suspectum. liberoꝝ vitam vel prauam vel adhuc in dubio positam. ru-
ra rusticoꝝ in curia vel sterilia vel oĩno male culta reperiunt Indignã
tur. irascuntur. furunt. ꝛ tñ vt solitam grauitatẽ inter amicos obtineãt
graues animi motus difficili patiẽtia reprimunt Interueniunt neces
sariorum ꝛ affiniũ repentine mortes. lugubri veste teguntur. ꝛ dum in
terdum mira leticia redundent. opus est vt merorem simulent Accidit
vt ꝑncipibus suspecti sint. quo fit. vt vel penitus excidant vel saltem re
trorsum cedant. non nunq̃ꝫ exultantes errant. ꝛ tanto grauiꝰ aduersam
sortem gerunt quanto mollius ante vixerant sed sufficiat de multis pau
ca numerasse: quis posset in tot molestijs quieto aĩo viuere. hec mihi
nunquam vita placuit At pauꝑtas remoto se custodit in angulo: non
coniugis non liberoꝝ curam. non regum aut principum graue odium.
non agrorum aut villarum sterilitatẽ formidat nec inuidia est. nec inui
diosa. non exilium. non carcerem non venenũ timet. ꝛ ab omni tumul-
tu se clusam. tranquillo fruitur ocio Hec est illa beatitudo. quã Dioge-
nes regum delicijs ꝓtulit. qui dum in radice montis sederet ad solem
interroganti Alexandro q̇ virtutẽ eius crebro rumore ꝯpulsus adue-
nerat. vt si quid vellet peteret. Id in primis velle respondit. ne a sole si-
bi obstaret Recte ille si fidelis ꝛ fidei grãm habuisset beatus diceretur.
Sed q̃d flaccus senserit queso aĩaduerte. sic em̃ scribit ad Lolium

Non possidentem multa vocaueris
Recte beatum. rectius occupat
Nomen beati. qui deorum
Muneribus sapienter vti

Duramq3 callet pauperiem pati
Peius qua leto flagicium putat Et alibi
Eradenda cupidinis per
Praue sunt alimenta. ⁊ tenere nimus
Mentes asperibus
Formande sunt studijs
Nonne Tibullus quamuis Poeta lacіuus inquit:
Ne mea paupertas vite traducat inerti.
Dum meus assiduo luceat igne focus
Nonne Juuenalis quamuis pgan⁹ talia loquitur
Cantabit vacuus coram latrone viator
Omittenda igitur sunt hec omnia ⁊ preclara virtute pectus munien dum Opes em magis oneri sunt q̄ vsui Taliter igit̄ q̄lq3 viuat vt qualis videri velit talis sit sic em̄ cito ad gloriā perueniri Socrates putat Offert se nobis Demetri⁹ imitatiōe dignus Cui⁹ pater quū tot opib⁹ abūdaret vt Xersis persarū regis pascere posset exercitū paucula sūma retenta. cetera reipublice remisit studuitq3 Athenis dui inco gnitus Sz q̄d ego paupertatē laudare pgo quum in ea beatitudinē i esse ⁊ Anaxagore philosophi sentētia. ⁊ oraculo delphico cōptū sit Anaxagoras em̄ iterrogat⁹ quenā esset in hoc mundo vita beata Nemo inq̄t inter eos q̄s tu felices sed poti⁹ iter eos q̄s miseros existimas. beat⁹ inuenietur Nam nō ille ē diuitijs aut honorib⁹ affluens sed aut nō ābitiose doctrine aut parui ruris cultor ⁊ in secreto q̄3 in publico beatior Siges lydie rex pter oēs ditissim⁹ Apollinez cōsuluit. esset ne aliter se beatior. Cui respōsū3 ē Aglanū quedā senio cōfectū Archadū pauperrimū tenui pauptate cōtētū. beatiorē esse A nris taceo q̄ sit laudata pauptas. quū pater oīm de⁹. eā pter ceteras virtutes mirifice coluerit Nō em̄ habebat vbi reclinaret Quo fit vt diuites magis videant̄ pauperes vero magis sunt q̄3 videant̄ beati. tātoq3 beatiores sunt quanto ignobiliores ⁊ despectiores habēt̄ Adrian⁹ At pauptate studiū impeditur Sigo q̄d attinet. q̄si nō possum⁹ sine studio esse beati plurimos tn̄ me mini me legisse. q̄ in vltima calamitate cōstituti ad summum lrārum culmē euaserūt Flacc⁹ libertino prē natus Uirgili⁹ figulum ⁊ inopē sortit⁹ ē parētem Pythagoras ex infima seruili cōdiciōe clarum lumē emicuit. prim⁹ oīm q̄ philosophus appellat⁹. ē ppterea dicebat numerum imparē deo cariorē quasi iā trinitatē diuinaret Sed q̄d pauperi⁹ Codro. cui⁹ diuitie. erāt sex fictiles vrceoli. ⁊ cui⁹ diuina carmina rodebāt mures Leātē Chrysippi discipulū sileo q̄ tāta miseria oppssus vt postq̄3 tota die studijs operā dedisset. vict⁹ querēdi gratia. noctē quoq3

in hauriendis aq̄s ꝯsumebat:idq; assidue factitabat. nec potuit paupertas obsistere quin doctus euaderet Adrianus Cur sit vt iā pauci beatę viuant Sigo Hoc duab⁹ ex causis solet euenire. ꝑmo fidei defectu Quis ē eñ tā vecors ⁊ mentis tā impotēs. vt se ad anfractū vitiorū reflectat si q̄ bene viuētibus ꝓmissa sunt vera putauerit Quare Augustinum dicere solitū accepim⁹. actiōes fide metiri Secūdo qꝛ vt Lactanti⁹ testis ē Uirtus amaritudine miscet. vitia sunt dulcedīe linita illa offēsi hac decepti per vitioꝝ precipitia ferūt Et tria sunt precipue q̄ nos ōe scelus p̄cipites agūt. ⁊ inquā cupiditas libido. ⁊ Terra Cupiditas diuitias inq̄rit. contra quā paupꝫtatem posui Libido sitit voluptates. cui resistit ꝯtinētia. quā predixi. Terra queritat vltionē: cui opposuim⁹ humilitatē ⁊ iusticiā Et idcirco veteres poetę ꝓpt̄ hec capitalia vitia tres furias esse dixerūt Atq; hęc addidi. qꝛ duo sunt sapiētie grad⁹ scʒ bona cognoscere vt teneātur. ⁊ mala parit̄ vt fugiātur Adrianus Tā mihi abūde satisfactū est. reliquū ē vt p̄tē vltimā edisseras. si q̄ inquā sint hac nrā tēpestate q̄ btām vitā viuāt. vt sermo nr̄ simul cū die finiat. Sigo Magnū ē ⁊ inexplicabile qd̄ scire laboras nā beatitudo nrā circa interiora versat Et q̄s potest ocultas alieni cordis latebras visu penetrare. Sʒ ne te fame deficere ꝑmittā. qd̄ intelligere videor aperido. Qui precepta legis obseruāt ea ꝯditiōe vt nihil omittendū faciāt. ⁊ nihil faciendū omittāt. beati viuere vocabūtur Et q̄cūq; a mūdi perturbatiōibus fugiūt vt collecta mēte deo seruiāt p̄cepta seruare videbunt Huius autē vitę sunt. q̄ ab Heremo heremitę ⁊ a coenobio coenobite dicunt. Illi primi Baptistā isti vero duodecim sapiētes imitātur. Illoꝝ siluestris. hoꝝ domestica est vita Cenobitaꝝ multitudo in q̄ttuor trib⁹ distribuitur Prima carmelitaꝝ Secūda illoꝝ qui vulgo dicūtur heremitę Tertia predicatorū Quarta vero minoꝝ Prima Heliā Scd̄a Augustinū Tertia Dominicū Quarta Franciscum habēt auctorē Adrianus Qui sunt q̄s tu superi⁹ duodecim sapientes appellasti Sigo Si olī gręci septē viros sapiā p̄ditos septē sapiētes noīabāt Quis Apostolos sapie nrē fundatores Duodecī sapiētes nūcupaē nos ꝓhibebit Adrian⁹ Qm̄ nos ī Carmelitaꝝ tribu nūeramur dic q̄ nrā fueit origo Sigo

De origine Carmelitarum

Inter Armeniā ⁊ Euphratē. iacet Siria cui⁹ ꝑs ē regio: quā Palestinā dicunt. cui India q̄ʒ subiacet: Judea quodā Israhel filio vt Trog⁹ Pompei⁹ auctor ē sic appellata In medio Judeę tanquā vmbilic⁹ posita sedet hierusalē A q̄ nō lōgo interuallo distare perhibet mons q̄dā nō min⁹ iucūd⁹ q̄ amen⁹. cui nomen

est. Carmelo In quē quoniā gratissimā prestat incolis habitatōem. et
q2 ab oī hoīm strepitu paulo semotior est. nō nulli e circūstantib⁹ vrbib⁹
antiquit⁹ secedebāt. vt oēm vite curriculū optimo summoq3 deo prudē-
ter sapienterq3 dicarent. ⁊ hi q̄dem Prophetarum discipuli dicebātur
Appellabant em̄ olim prophete q̄ scirent multo ante futura p̄dicere
quos modo nos a vaticinādo vates appellam⁹. inter quos Helias pre
ter ceteros emicuit. velut inter ignes luna minores. Fuit em̄ propheta
rum p̄mus q̄ se matrimonio cōtineret Is in p̄dicti mōtis radicib⁹ sibi
struxit habitaculū qd̄ nō solū paupertatem verū etiā mirabilē p̄ se fere
bat habitātis humilitatē. Erat etiā ibidem locus in Amphiteatri mo
dum exstructus cellulis seriatim positis. ⁊ in viuo saxo vel arte vel na
tura conatis. vndiq3 circūseptus. In summo aūt montis vertice p̄cul
aspicientib⁹. superbia se mōstrabat habitatio ad quā gradib⁹ hinc illinc
q3 in mōte excisis paulo laboriosius ascēdit. nō nulli ex nostris mare na
uigātes. ⁊ mōtem oēm. ⁊ rura viciana cū freto ⁊ flumib⁹ in tabellis pinx
erunt. pictaq3 ad nostras oras aduexerūt que dū nonnūquā contemplor
videor mihi in illis rupiū cauernis nostris viuere patribus Hic itaq3
vixit Helias. q̄ postquā igneo curru rapt⁹ terris Heliseus ei⁹ discipul⁹
non solū loci s3 etiā virtutis eius remāsit dignissimus heres. Crescente
paulatim multitudine nō Platonicorum nō peripateticorum sed sanctorum
hoīm noua secta constituit Appropinquāte interim nouissimo seculo
dei filius genus humanum reformaturus sub virili specie descendit in
terras quā rem audientes. Carmeli montis incole. Erat em̄ pene p̄ to
tum mundū fama diffusa. maximas immortali deo gratias egerūt. quo
niam quē tanto tp̄e expectauerāt tādem misisset. nā diuino spiritu pre
moniti Christū semel venturum certo sciebant Pluribus annis euolutis
Basilicā vt potuerūt humilē construxerūt ⁊ magni saluatoris matri de
dicauerūt Iam em̄ ipsa e terris sublata. celestē migrauerat ad patriam ⁊
vnanimes ei diuinos. tenues tn̄. quottidie reddebāt honores. redditu
ri maiores si potuissent. magis pie q̄3 magnifice colebant Iam mutata
erat in baptismum circūcisio Et ecce magno armorum impetu barbari p̄
rumpentes e hierusalem oīa vicina loca ferro flammaq3 vastauerunt ⁊
plurimi Carmelitarum gladij cesi sunt pauci vero qui tante cladi sup̄ fue
runt nauibus euecti in gallias venerūt qui procedente tēpore. seu p̄pter
loci mutationē seu propter malorum cōsuetudinē. vt fit. ceperūt paululū
languescere Inter quos Thomas quidē gallus qui pristinū feruorē ad
huc in pectore fouebat. cū paucis in Italiā se contulit Sic em̄ deo visum
est. vt ea regio q̄ ceteris oī munere prestat. hoc etiā virorū habeat orna-
mentū. Turpe nāq3 quum res vlla tantū vno indiget ad perfectionem

id non addere si possis vt perfecta sit Uerũ nõ soluꝫ Italie sed etiã viro
sancto deus ipsi cõsuluit Illi eñ dedit cuiꝰ vitam possit imitari Isti ve
ro purpurei diadema Martyriȷ̃ Nã dũ bene beateqꝫ viueret a q̇busdã
inuidis apd̾ summũ pontificẽ capitis accersit. ⁊ post carcerẽ post tor
menta. post cruciatꝰ tandem quũ nihil damnabile repperissent Gra
uius inuestigat quod iure non potuerunt iniuria perficere fortiter ac
cingũtur. ⁊ cõburendum scelerato rogo cõmiserunt A q̇ prorũpis effe
rate liuor. Amphibalũ Uideas ne candidissimũ eius amphibalũq̇ vt
nos vtebatur pure conscientie testimoniũ esse. qꝫ si nõ vt hominẽ vere
bare. saltẽ vt magne matris militẽ veritꝰ esses Sꝫ tñ illũ non occidisti
Nequit eñ aĩa extingui sed illiꝰ terrenũ corpꝰ violando. fecisti vt citiꝰ
vita donaretur eterna Huiꝰ flammas non Sceuole rogo sed Lauren
tiȷ̃ posse cõparari nõ dubito dicãt q̇d velint obstrepãt clamitẽt. ⁊ insa
niant. ille summo viuit olympo Adrianꝰ Narrasti triste facinꝰ. ipsis
qui intulerũt diu multũ deplorãdum ⁊ q̇ postꝫ male factoribꝰ delicti ve
niã impetrare aliꝰ Thomas nõ supfuit Gigo Sed multa de hoc viro
multa etiã de predictis fratribꝰ silentio preteriui Nõ eñ q̇ pacto ipi a
monte quẽ incoluerũt ⁊ ab ecclesia quã confecerũt cognomẽ acceperũt
Dixi scꝫ vt fratres beate Marie montis Carmeli nuncupati sint. nec
vt eorum preuilegia ab Alberto hierosolimorũ patriarcha cõdita. Et
ab Innocentio quarto pontifice summo comprobato fuerint. sed hec
alio tempore dicenda reseruo Hec ad presens habui que de vita beata
dicerem qua muniti vtinam ad illam immortalem gloriam olim per
uenire possimus

¶ Explicit opusculum baptiste mantuani
Impressum Dauentrie Per me Richar-
dum pafraet Anno dñi. M.CCCCC.ij.
Decimaseptima Martiȷ̃.

Baptiste Mantuani vatis excellentissimi. in preconium Roberti Severinatis panegyricum Carmen. Cui Somnium romanum ad Andream comitem adheret.

Aliud eiusdem epigrãmatum opus elegãtissimũ ad Falconem.

¶ Fratris Baptiste Mantuani Carmelite theologi ad clarissimū Equitem Dominum Lodowicum Gonzalem Hispanum diui Jacobi Galleci commendatarium dignissimum: in Robertum Seuerinatem panegyricum Carmen.

Semideum veteres insignia facta poete
Meonijs vsi fidibus grandiq; cothurno
E tenebris clarā in lucem traxere canēdo.
Proptēa magni tumulū miratus Achillis
Pelleo genitore satus: dum moenia Troie
Littore sigeo laceramq; inuiseret vrbem.
O fortunatū iuuenem cui carmine dixit
Moeniodici tantoq; ad sidera cantu
Contigit extolli: famaq; repellere mortem.
Sed tñ in sacros sors est min⁹ equa poetas.
Nam dum magna canūt heroum facta: putātur
Vana loqui: q2 vulgus iners 7 languida corda
Dum sublime nihil curāt 7 segnia ducūt
Ocia: virtutis durissima pectora nunq̄
Cominus 7 fortes cōtrectauere lacertos.
Noctua phoebeū visu nō sustinet orbem:
Hoc etiā iouis armigero putat esse negatū.
Sic gen⁹ hoc exsangue suis qd viribus impar
Autumat: herculeos excedere iudicat ausus.
Cedite degeneres animi: noctemq; subite
Tartareā: stygijq; lacus teterrima lustra
Lumine qui tremulo claros nō cernitis ignes.
Nec quales habeat virtus discernitis alas.
Quis lerne Nemeeq; feram saltusq; molorchi

Quis domuit ceruã ęripedem: quis abstulit angues
Uertice de lycij montis flãmamq; chimerę.
Et q̇s semiferis iuga dicit hospita mõstris
Oppressisse: fuit labor et solertia tanti.
Ampla quis ex vno cõfecit marmore tecta
Thraicio fundata solo: qua magna perinthus
Ante fuit: priscũ mutauit heraclea nomen.
Ardua pyramidũ quis culmia nubibus ęquat:
Quis tãtis ephesum tẽplis: quis turre Canopũ
Lucifera: libycas olim q̇s pressit harenas
Mole iouis tãti: quis vicit amazona fortẽ:
Quis lapitas: durosq; truci lęstrigonas ore:
Alpinũ quis strauit iter: quis marmor aceto
Rupit et ęternis canẽtia saxa pruinis:
Hęc facit assiduo sudãs in puluere virtus.
Quattuor in magno rex primordia mũdo
Secretis abstrusa locis ignotaq; regnãt:
Scilicet hęc. fatũ. virtus. fortuna. deusq;.
Iura deo maiora manẽt. cui proxima virtus
Tercia sors fato. cui se fortuna ministram
Exhibuit: flãmis virtus durata geluq;
Fortunã fatũq; domat. dare sola triũphos
Et leuibus vectare rotis: intexere lauros
Frontibus et viridi raptũ de cespite gramen
Ipsa potest. fuluo lucẽtes ęre coronas
Signaq; partitur naualibus ardua rostris.
Et faciles myrtos exanguis pręmia belli.
Hęc monstrare volẽs sua quanta potẽtia: sęclis
Plurima pteritis hoim sublimia fecit
Pectora sed nostro non visa minoribus ęuo

Viribus illustrem belli pacisq; Robertum
Protulit officijs: seseq; effudit in illum.
Ipse caput sacrū totamq; simillim⁹ illi
Corpis effigiem. Casu si pingat apelles
Insignem clarūq; ducem voluisse Robertū
Fingere: et exemplar ductū credetur ab illo.
Cerne virū. viden excelsę quę gloria fronti?
Quis capiti decor incano? quę gr̄a vestit.
Lumia? maturo q̄d maiestatis in ore
Fulgeat: extantes humeros pectusq; leuatū
Leniter ⁊ setosa toris porrectaq; cerne
Brachia neruoꝝ solida compage ligari.
Pręscia venturi iussuq; excita tonantis
Tale duce natura dec⁹ largita futuro est.
Quā bene cristata recubāt sub casside crines
Quā bene sub torace sedent mauortia corda.
Non grata grauat viridem lorica senectam.
Non validā grauis hasta manū: non ilia fulgēs
Ensis: et horrificū spargēs romphęa nitorem.
Cum rutilare truces conos adamantaq; summo
Vertice vibrātes late diffundere flāmas
Aduersę videre acies trepidare videres
Corda manusq; virū: tremulaq; in stapede plātas
Stare loco nescire: ducisq; p̄ntia tanti est.
Sicut vbi libyę p̄ inhospita rura leonem
Iratum videre ferę: si fidere cursu
Si tentare fugam nequeūt ante illi⁹ ora
Deposita ceruice iacent: regemq; fatētur.
Nec semel aut vno tantū fuit agnita virtus
Ista loco: procul europā discurrit in omnem.

Qua premit aerias gallis in finibus alpes
Hyberno Cynosura gelu: qua murmurat ęquor
Hadriacum: qua rura ligur saxosa colonus
Exercet mitesq; legit de collibus vuas
Tyrrheno siculoq; madent vbi littora fluctu
Facta ducis celebrẽq; sonãt ora oĩa famam.
Quid referã virides annos cũ venit in arma
Pene puer: patrui mores & fortia semper
Signa sequẽs: teneras pma lanugine malas
Claudere fulgẽti galea cũ coepit: et armos
Delitijs rigido positis circũdare ferro.
Sicut Marmarici soboles primęua leonis
Iam pendente iuba curuis vbi fortior ętas
Vnguib⁹ & validis armauit dentib⁹ ora
Stare nequit: cursuq; feras saltuq; fatigat.
Sic puer vt flagrãs picena p oppida fulmen,
Transijt: et celeri fregit tot moenia marte.
Nõ maiora tulit ꝟtutis signa futurę
Scipio: cũ pauidis tranãs ꝓ ciuib⁹ ęquor
Attulit in libycam strages & funera gentem.
Quid repetam victis antiqua pericula boijs?
Scit Derdõ Tanarusq; furẽs Tanaroq; ꝓpinquãs,
Eridanus: nec nõ insubris flumia lambri.
Quid cũ vix secum rapuit sua signa Iacobus
Aufugiẽs: erat ille tñ non segnis: et artem
Palladiam doctus: sumptaq; acerrim⁹ hasta.
Non marius Cimbrũ maiori clade furẽtem
Nec marathon fudit maiori turbine persas
Milciades qñ subitis cõgressibus hostem
Fregit: et ingentẽ sepeliuit sanguine campum.

Adde fluctinis pugnam pro ciuib⁹: adde
Flaminiũ (poterit meminisse Bononia) martem
Ipse q̃z a gallis magnos sortit⁹ honores
Militiã sub rege diu tractauit ⁊ arma.
Quis canat assumptos olim ꝓ rege labores
Quē modo fata premũt: quis parthenopęa ꝑ arua
Flagrãtes referat pugnas: mille oppida mille
Terruit excelsis positas in montib⁹ arces
Postq̃z siderco moriēs Alfonsus olympo
Claruit: et magno coelũ repetiuit honore:
Arnus ⁊ alphęę meminerũt humida Pisę
Moenia: cũ patrio missus de littore miles
Daunius in tuscos magno ruit agmine cãpos.
Scit quib⁹ immēsum traiecit pontib⁹ amnem
Luca vetus qualesq̃z dedit tuba martia cantus
Scit veteris Lunę tract⁹ nymphęq̃z marinę.
Cum ducis anguiferi stygio caput abdidit orco
Ultrici mors acta manu cũ plurima creuit
Seditio fortuna grauem meditata Roberto
Perniciem ꝟtute nouos abigente tumultus
Et fraudes retegēte deo delusa retraxit
Lora dolens: genuitq̃z dolos exire latētes.
Bis patrię latur⁹ opem: bis pulsus iniquo
Sidere: virtuti saltē satis vndiq̃z factũ est.
Semꝑ habet ventos placidũ quib⁹ excitet ęquor
Aeolus: et nautis cursus fortuna secundos
Inuidet: et crebrũ ferit alta ceraunia fulmen
Sz magis excelsę patuit solertia mentis
Cum seruile iugũ Genuę contriuit et vrbem
Egregiã ligurum: terra pelagoq̃z potentem

In pacem antiquã libertatem[que] reduxit
Quam tñ ante graui patrię subiecerat astu.
Hoc orbis miratur op⁹: superare videtur
Id facinus tam grande fidem: sed vidim⁹ ipsi:
Nec tm̃ liuor potis est abscõdere lumen
Classica & armor[um] strepitus & cornua rauco
Irritata sono contorta[que] fulfure saxa
Audiuere [pro]cul Cyrne Sardoa[que] tellus
Sicut vbi augustus celsa sub Leucade victor
Agmina disiecit phario crepitãtia sistro.
Nõ animis tm̃ fabios valuisse trecẽtos
Qui patrię vallum sese fecere: suo[que]
Corpore clauserũt aditus hostilib⁹ armis
Crediderim: nec te cõbusto Sceuola trunco.
Cum furor Ausoniã nuper mauortius oẽm
Subuertisset: opes venetę fessum[que] lababat
Imperiũ: vires italę cõcordibus armis
In venetũ magnos simul exciuere tumultus.
Arma viros fractas[que] padus sub gurgite lato
Voluit adhuc classes: et adhuc tinnitib⁹ aures
Ferrarię tantis resonãt: calcata paludum
Stagna quib⁹ vix ante fuit via piscib⁹: altos
Sub quib⁹ irato nabat padus ęgre pontes
Nec laudare satis possum: nec credere quen[que]
Posse reor nisi qui tãtis interfuit ausis.
Nõ melius rhenũ cęsar Rhodomanũ[que] sonãtem
Edomuit: rapidũ non sic august⁹ Araxem
Ferre iugum docuit: ripis[que] adiũgere ripas.
Heu quãtos luctus illis [que]t seua diebus
Funera sollicitę rapto pro pignore matres

Accepere. ferūt athesim per rura cruentum,
Isse diu ripis toto mœrentib⁹ anno.
Ipse etiā vitreis qui pascua diuidit vndis
Mintius accepta variauit cęde colorem:
Sanguineūq́ꝫ bibit mixto cū puluere rorem.
Solus martis onus tāti furiasq́ꝫ Robertus:
Sustinuit: solus tātos cōpescuit ignes.
Nec tm̄ Cocles nec tantū Curtius vnq̄ꝫ
Moliri potuit. vetēs sua sęcula laudent
Nostra suis etiā non sunt fraudāda trophęis.
Hic qūq́ꝫ moras Fabij qūq́ꝫ furorem
Cęsareū simulās vario stratagemate victor
Italię sese ingenti prefecit honore:
Cōmuneq́ꝫ hostes ipsi fecere magistrum
Militię: nec eos puduit discedere ab armis:
Et pacē petere ⁊ palmā prebere Roberto.
Credim⁹ officijs olim lōgeua daturos
Signa triumphalē venetos ingentib⁹ arcum
Nam penes hos viuit priscę ṽtutis imago
Et veteres ęquāt regnis crescētibus annos.
At nūc romanas arces gentisq́ꝫ latinę
Regna quib⁹ quondā totus nō obstitit orbis:
Et violata sacri defendit iura senatus.
Ultorem hūc omnes assertoremq́ꝫ salutis
Asciuere suę. populi quos Brucia tellus
Quos garganus alit Marsi fortesq́ꝫ sabini.
Et locri quos vt fama est inuisa tyrānis
Compulit indignā bellis auertere sortem
Et diomedei ciues Dauniq́ꝫ nepotes:
Lucani calabriq́ꝫ omnes: atq́ꝫ hernica saxa:

Uno oēs clamore vocāt: vnoq̄ʒ Robertum
Ore petūt. altis prerupte collib⁹ arces
Auxiliū vento explicitis insignib⁹ orant.
Ipse ꝑ hostiles latij modo fulmiat agros
Parthenopē cumasq̄ʒ petēs. Cataphratta sequūtur
Agmina. iam Claniū magnus iā pulsat acerras
Clangor. ꝛ ingēti trepidat cāpania motu.
I. dec⁹ Italie tātoq̄ʒ accinge labori:
Preteritisq̄ʒ nouā meritis hāc adijce laudem.
Quā delere sequēs annis labētib⁹ etas
Nulla queat: que coelo ipso scribat ꝛ astris
Parce tñ miseris: nec te fortuna superbum
Efficiat: casu ꝓtus dominetur in omni.
Sʒ quib⁹ antique laudis te heroib⁹ equem
Ausonie custos ꝛ sc̄ui gloria martis
Nescio. nam paucos hoꝝ syncera coronat
Fama vel vnicolor ꝓbitas sed crimie virtus
Multotiēs offensa cadit: mutatq̄ʒ colorem
Virgineū. ceu cum terrenā Cynthia nubem
Intrat: et amisso ꝑdit sua lumia phoebo.
Cesar vt edomito laudem foeliciter orbe:
Sic meruit summū violata turpiter vrbe
Dedecus: atq̄ʒ fauis taxos iniecit amaras
Addeq̄ʒ e magni templo iouis impius auꝝ
Sustulit: et patrio maculauit sanguine dextram.
Tu vero patriā seruas: limenq̄ʒ paternū
Exulib⁹ reddis q̄s non sentētia legum
Sed liuore furor tinctus fugat herculis instar
Ad cōmune bonum genit⁹. Tu templa deūq̄ʒ
Eximijs oneras donis. labētia multo

Restituis delubra situ. tua dextera nulla
Cede madet. fuluūq; tibi nō impat aurum:
Hannibali vero clades preconia nostre
Magna ferūt. sed foemineis qui vicerat omnes
Uincitur illecebris: partosq; offuscat honores.
At tu blandicijs rigidum muliebrib⁹ ensem
Et celeres preponis equos: ignaua perosus
Ocia: continuis robur sudorib⁹ auges.
Sed neq; tu libycam miti sub pectore claudis
Perfidiam: Tu nāq; fidem tu foedera seruas.
Decolor emathij regis canit India nomen
Perpetuū: sensit celebrem Taprobana famā
Terra iacēs noctes vbi sol facit igneus equas
Sed tū ille graui quotiēs erat excitus ira
Leta cruentabat turpi cōuiuia cede:
Atq; furēs aliquem comitū mucrone petebat.
At tua tam grauib⁹ non estuat ira procellis.
Nam subitos innata premit prudentia motus:
Et cito sideream spargit clemētia frontem.
Unus adest cui te similem tua lactea virtus
Efficit: et nulli pbitas obnoxia culpe
Scipio. qui tāto foelix cognomīe nunq̄
Criminis illustres maculauit labe triumphos.
Fama facit vos vna pares. vos vn⁹ honesti
Justicie vos vnus amor. par cura pudoris
Una gubernādi celebrat solertia martis.
Adde q̄ ille mori pauper q̄ viuere auarus
Maluit: abiectis opib⁹ seruiuit honori:
Mancipiū virtutis erat: que summa putatur
Solaq; libertas: sunt vincula ferrea mores

In domiti:menteſqȝ iugo ſcelus arcet iniquo.
Te,qȝ Pompeio patrię pietatis ꝛ ęqui
Suadet honoꝛ cōferre:vetat graue funeris omen.
Si te militia plures ꝛ rebꝰ agendis
Aequiperāt priſci lectis annalibꝰ ęui
Religiōe parem tibi nō offendimꝰ vllum.
Tu mare tu ſiculos fluctꝰ ꝛ limen Aceſtę
Alcinoiqȝ domos regnū phęacis Olyſſi
Phoebeam tu naue Rhodon petis atqȝ Cythera
Carpathio pręterita mari perſęaqȝ ſaxa
Triſtis vbi Andromade mōſtris obiecta marinis
Fleuit.et ęquoreo Chriſti pſępia curſu
Quęris vt horrēdi videas caua ſaxa ſepulchri.
Nec cōtentus eo Nilum ꝛ mēphitica regna
Trāſis:et imites arabum pgreſſus ad oras
In iuga veniſti longo panchęa laboꝛe.
Cinnama p cāpos illic ꝛ tura legūtur:
Illa niger Nabatheus arat felicia rura
Et legit ex multa ſpirātes arboꝛe ſuccos:
Mox iter ad ſancti pręrupta cacumia mōtis
Uertis:vbi duro ſtillātes marmoꝛe guttę
Diuinū teſtantur opus:qꝛ languida moꝛbos
Membꝛa fugāt attacta graues.hinc ꝛ̄gis ingens
Gloꝛia cyprigenę totū vulgatur in oꝛbem.
Te maris ꝛ terrę fecere pericula ſacrum
Hoc iter iſte laboꝛ ſummo te aſcripſit olympo:
Nec ſinit hoſtiles in te ſęuire cateruas.
Quare age romuleos dux foꝛtunate penates
Et latias tutare domos:ſuccurre tuoꝝ
Caſibus:et miſeros ſiculis a finibus audi.

Ut postq̃ domito florens victoria regno
Te reducē nobis dederit cū laude triumphū
Accipiēs curru venias inuectus ⁊ auro
Splēdidus. ⁊ niueos videas sudare iugales
Axe sub aurato sparsis candentibꝰ alta
Circum colla iubis gressusq̃ audere superbos
Sꝫ frenis parere tn̄ legemq̃ magistri
Composito seruare gradu. Descēdet ab alto
Limine solēni pompa plębisq̃ patrūq̃
Cinctus: et albēti gradiēs in veste sacerdos
Maximꝰ immenso magnū decus addit honori.
Nec tarpea tibi rupes sꝫ summa petenter
Limina siderea posuit quę Roma tonanti
Clanigeroq̃ patri: ventis vbi cymba secūdis
Nauigat in tutos spumosa ꝑ ęquora portus.
Roma coronatos passim ꝑ compita funes
Ducet ⁊ extēso claudet velamine coelum
Per celebres aulęa vias suspēdet: et omnis
Uicus odorato late spirabit amomo.
Tum tuba pacificos cantꝰ alternaq̃ reddet
Carmina partitis vicibꝰ tunc tibia dulces
Ad numeros inflabit ebur: totoq̃ sonabūt
Aethere plaudentes populi sonus oībus idem
Leticię cōfusus erit ruet vndiq̃ magnū
Multisonę pelagꝰ turbę. tibi gestiet omne
Limen: et ex alto spectabūt culmine matres.
In vultus cōuersa tuos suspēsa manebit
Roma diu. talē prisci videre triumphū
Paulus vbi antiq̄s macedum populatꝰ honores
Alta catenatum tulit in capitolia regem.

Sic p̄cor has olim liceat mihi cernere pompas
Et cãtare tuas maiori carmine laudes.
Nos tibi viuēti tantos debem⁹ honores
Sʒ vitę maiora manēt te dona futurę.
Quę dum flagrãti cuperem cognoscē voto
Orassemqʒ diu superos arisqʒ dedissem
Candida cũ gemitu lucentib⁹ orgia flãmis
Ipsa nec ambiguis tãdem mõstrata figuris
Et miro sunt visa modo. dum palladis humor
Pasceret ardentē lychnum suspensa tenebam
In multam vigilãs noctem vix lumia somno
Aspergēte graues lętheo flumīe sensus.
Siue sopor seu mens excessu capta ꝓfundo
Egerit hoc: tolli in magnã sum visus olympi
Sublimēqʒ dei patriam: quo nubila nostram
Nulla ferũt noctem: coelesti lumīe virgo
Circũfusa caput sacrũ: fontemqʒ serenam:
Cui fulgēs insigne rotę. cui lucida nubes
Ex humeris ꝓlapsa pedes currebat in imos.
Multimodisqʒ fluens sinib⁹ crispabat amictum
Qualem nulla p̄t hoīm solertia filo
Texere nec viuos imitãs pictura colores
Fingere. dux erat ista mihi: duxitqʒ ꝑ orbes
Aethereos magni monstrãs miracula mundi.
Dum ꝓcul a terris quãtum se tollit in altũ
Pelion aut magni vertex sublimis olympi
Per tenebras noctis mediũqʒ ꝑ aera nobis
Esset iter quędã pallenti corpe formę
Ora quib⁹ succensa. leues in tergore pennę.
Unguib⁹ harpyis similes sine voce leuarũt

Ingentes alas: rapidoq; abiere volatu.
Sicut cū magno pascētes agmine corui
Si subito venator adest nigrātia tollūt
Brachia: et extento fugiūt p inania collo.
Territus heu quęnam ꝓgo teterrima dixi
Turmatim volitāt tenues simulacra p auras?
Hęc referēs ibam lateri consertus ꝛ armo
Virginis vt pauidi latitāt sub matrib⁹ agni
Cum truculenta feri videre lycaonis ora.
Tum ꝓgo duce me nulla formidine pect⁹
Frigeat. hęc nr̄o fugiūt exterrita vultu
Agmina. Sūt animi tristes q̄s expulit olim
Sedicio ꝑ męua: tenēt hāc aeris oram
Perpetuo dānata gelu tenebrosaq; regna.
Hęc loca sunt vbi Vulcanū longęua vetustas
Credidit arma ioui trifidūq; excudere fulmen.
Hic notus hic boreas habitāt: hic horrida grādo
Hic sonat horrendū tonitru. nubesq; p atras
Fluctuat: hinc imbres: hinc nix hyberna p alpes
Expuitur gelidoq; solum circūdat amictu.
Pars terrę vicina magis canēte pruina
Et lachrymis vitrei roris stillantibus humet.
Altior hic per quē ferimus vestigia tractus
Aeris: ętherec sentit contagia flāmę
Ardescitq; magis stellis sorbentib⁹ istuc
Ex ima tellure vapor sublatus ab igni
Corripit. variosq; facit splēdere Cometas.
Hic bolides: lōgęq; trabes: Xiphięq;: Dociq;
Hic pogon crinesq; micant: et acontius ardor
Atq; aliȷ̄ sicut diuersi vultibus ignes

Sic quoqꝫ diuersa sortiti nomina voce.
His de ingentes rerum predicere motus
Venturosqꝫ solet terris portendere casus
Sicut p̄terito chalabros cum terruit anno
Fulgor. ⁊ ignitis ardens mucronibꝰ astrum.
Mox ꝓferre caput tanti coepere tumultus.
Et teretes aīare tubas: bellūqꝫ per omnem
Ausoniam: et latiū Thibris potare cruorem:
Tūc ego ꝑ rapidos ꝓgo mihi trāsitus ignes
Esse potest impune: leues si corpa flāmę
Sic terrena cremāt: virgo rarissima dixit
Flāma nec exurit nec dissipat ore tenebras
Ni congesta voret terrenę pabula molis
Ast vbi siccato vires in corpe traxit
Urit: et illustrem vestitur lumine vultū.
Hęc ait: et celeri flāmam tranare meatu.
Coepimꝰ: at postqꝫ raros superauimꝰ ignes
Constitit. ⁊ summo terras mōstrauit ab axe
Sic memorās. Cāpos humiles pontūqꝫ liquētem
Despice: cōuerso regna ad mortalia vultu.
Aspice q̄ꝫ breuibꝰ spacijs humana coegit
Tecta deus. terram pelagus pene occupat oēm
Aequorei spaciosa greges maioraqꝫ longe
Regna tenēt. in claustra homīes angusta redacti
Tam magnos agitāt tam paruo in pectore fluctus.
Illic tota iacet quam si quis sanguine fuso
Sortitur: bene credit emi peritura diebus,
Gloria vēturis. Romę quā totus honorat
Orbis ad extremos nomen nō trāsmeat ortus.
Illis tot cędes hoīm tot funera campis

Tot lachrymę tot voce sonāt suspiria tristi.
Si gen⁹ humanum saperet: nec inertia tantū
Illecebris captū vitęq; fugacib⁹ annis
Corpora curaret. labētia regna lutūq;
Casurasq; habitare domos ⁊ vile puteret
Hospicium qđ cuncta sinu: coeliq; marisq;
Purgamēta legit: tristes vbi sidera casus.
Assiduasq; pluūt infesto lumīe mortes.
Cerne ait: et raras intercurrētibus vndis
Monstrabat terrę maculas: et euntia circum
Aequora: q̄ multis supereminet vndiq; tellus
Orbib⁹: in plures populos diuisa: genusq;
Multimodū: stygijs etiā sub manib⁹ inquit
Esse domos: quę cū nos aere somn⁹ opaco
Sopit habēt phoebi radios passimq; per vrbes
Exercēt operas ciues: per rura coloni.
Nos illis homīes tm̄ quę vidim⁹ ipsi
Credim⁹ esse locis: sed ⁊ hi q̄ tartara subter
Arua colūt vestras inq̄t sub fluctib⁹ altis
Nare putāt terras: illis cōtraria certe;
Sed nō alta magis semꝑ vestigia fertis:
Nam neq; vos illis illos neu credite vobis
Esse superpositos: Spacijs ęqualib⁹ ęther
Undiq; circūfert immotis axibus astra.
Nec pars vna iacēs infra ꝑs altera supra.
Undiq; terra subest coelo: coelū vndiq; sursum.
Aspice iam curuū triuie superauim⁹ orbem.
Ipsa sub humēti modo fert vestigia cancro:
Iam terras rorabit aquis: iam nubila coget.
Uix ea finierat; subito cōspeximus atram

E pelago nubem tolli: mox frigidus aer
Intonuit ventis & tempestate sonora.
Visa prius coeca latuit caligine tellus.
Altius apprehēso me preuia traxit amictu.
Hic son⁹: hic ingens moto cōcentus olympo:
Et pcul auditę mira dulcedine voces
Lętaq; suspēsam rapuerūt carmina mentem.
Tum mihi dux tolle arrectis os aurib⁹: isto
Perpetuū pęana deo modulamīe coelum
Reddit: et ęterna cōcordant sidera laude.
Nullus ibi fato loc⁹ est tristive senectę
Hoc coeleste melos annis mordacib⁹ obstans
Effugat exangues rugas: hęc tāta voluptas
Nō subijt mentes hoīm non impulit aures.
Hi sunt ęthereę cāpi regionis: ad ortum
Verte acies: clarosq; vide terrę immemor orbes.
Aspice quā claro graditur Cyllenius ore
Qui minor apparet vobis: iam surgit: et ipsum
Iam Seres indiq; vident. Quis lucidus inq;
Ille nitor. cui se croceis aurora capillis
Copulat: et tenui lustrat iam lumīe terras:
Quam lęto splēdore micat: q; grata venustas
Ore sedet. tremulā dum spargit in ęquora lucē
Emicat & pulchro gaudet sub sidere pontus.
Hęc venus est inqt mea dux: hęc flāma benignū
Porrigit in terras clemēti luce fauorem.
Et nūc herbiferis rorem disseminat agris:
Nūc aperit flores depastaq; gramina campis
Restituit: tenuesq; pluit per pascua nimbos.
Cur fugit in calpen dixi cur fluctibus altis

Fertur ad occasum pelag⁹: nec pellitur euro:
Luna vehit secū pelagos rn̄dit ꝛ orbe
Jam cadit ex alto: latijs iamiam occidit oris.
Et remeare fretū: retroqȝ impellere magnā
Cum sonitu molem vndaꝝ spumāqȝ videbis
Uorticib⁹ ferri rapidis ꝛ currere in ortum.
Rarus em̄ pulsis claret iam nubib⁹ aer.
Lunaqȝ per clarā diffundit lumīa noctem
Termin⁹ hic tenebris: sterilē non alti⁹ vmbram
Terra leuat: nigros circūfert pallida vultus
Oraqȝ ꝑpetuo refugit titania gyro
Et modo sub pedib⁹ suprema cacumīa nostris
Erigit: et medio terras nox humida cursu
Jam tenet: eoos surgēs aurora colonos
Excitat: et lucem cantu prenūciat ales
Vesperū coenas ineunt: ipsiqȝ britanni
Pinguib⁹ incipiūt hilares accūbere mensis.
Aspice q̄ȝ lato sol circūplectitur ore
Oceanū terręqȝ solum: fugit vndiqȝ lato
Margine: sed ꝑmos iam latior exit ad ortus.
Qui mūdi nesciret opus succēsa putaret
Aequora ꝛ ingēti Neptunū ardere camino.
Lumen ab occasu sensim submittit in ortum
Aurorā veneremqȝ sequēs. Quę incēdia dixi,
Tanta ꝓcul video flāmis ardere cruentis
Jlla inquit Mars est astrū crudele nocēsqȝ
Terrigenis semꝑ morbos ꝛ bella minatur.
Jste per ausoniā bellis ardentib⁹ omnem
Sęuit: et indomito ciet vndiqȝ bella furore.
Quod nisi nos diui quib⁹ hęc mortalia credit

Regna pater ferrem⁹ opem: dudum itala tellus
Heu. miserę cedis grandes ploraret aceruos.
Sꝫ mihi magna mei cura est studiũqꝫ Roberti.
Quottidie bellis illi comes oĩbus adsum:
Et cui nõ possum vulnus ꝓhibere salutem
Restituo: de⁹ ista meę dat munera curę.
Et modo mortali furiosa ꝑ agmina vultu
Nũc nebulis inclusa feror. duco atqꝫ reduco
Incolumem. Nuꝑ stygĳ de faucib⁹ orci
Illi⁹ egregiam sobolem cui martius ardor
Igniferę glandis malas traiecit ⁊ ora
Eripui: medicasqꝫ man⁹ ⁊ pinguis oliui
Pharmacon applicui qđ adhuc mea marmora sudãt.
Jam sua ligna Charon gaudens ex ęquore nigro
Appulerat ripę: contoqꝫ innixus acerno
Expectabat hians miserã tristemqꝫ rapinã.
Suspice pacificos ignes placidũqꝫ nitorem
Juppiter est depone metus. affabile sidus
Et sacrũ venerare iubar. fulmenqꝫ trisulcũ.
Neu metuas: alios clemẽs hic mitigat ignes.
Quãuis tãtus eat: tantoqꝫ effulgeat ore
Si tñ accedas placidis te colliget vlnis:
Sꝫ caue vulnificã falcem sidusqꝫ malignum
Qđ pallere vides tristiqꝫ albescere plumbo.
Hac via sit: moestiqꝫ senis ne sidera tangas.
Venim⁹ in campos flãmis vbi millib⁹ ęther
Ardet ⁊ obliquo fulgent aĩalia circo
In boream cõuersa caput. Quur sidera dixi
Clara micãt: quis tot coelũ fulgorib⁹ implet:
Dant ne vel accipiũt ignes aliunde coruscos:

Dixit ad hec virgo. coelis essentia simplex
Densior est ignis: flāma q̄z densior aer
Aere neptun⁹. cocco iacet infima fundo
Terra humiles sortita locos: vbi densior orbis
Sole repcusso splēdor vibratur: et astrum
Dicit̄. at rari penetrātur lumine tractus
Non addūt retro radij. Quaplurima iunctis
Limitib⁹ coeunt in eodem sidera limbo
Lacteus efficitur circus: qua lactea fingūt
Ubera iunonis tortos fluxisse per arcus.
Prospice. tam toto pontū sol deserit orbe
Et cū sole caper recto se tramite tollens
Surgit: et ex vndis cornu pcul erigit altum.
Ausonię iam pma dies: iam summa relucēt
Culmia gargani: iam lux discrimiat agros.
Uis mouet hos orbes virgo: q̄s tēperat inq̄z
Tantę molis iter: cāpis ego semp ab imis
Suspiciēs tanti mot⁹ cognoscere causas
Jam pridem volui. tales dedit illa loquelas.
Aetherę mentes q̄ corpa nulla nec artus
Accipiūt magni iussu subiere tonātis
Mun⁹ id: a pma cum fluxit origie mundus.
Nec labor est illis labor hic: sed summa voluptas.
Cernis vbi phoeb⁹ summū iam porrigit orbem,
Perpetuę sedes animis motricib⁹ illic.
Sed ppera. niuei viden aurea cornua tauri?
Pręcipiti sub fronte hyades a clune corroscant
Pleiades vernę. Nobis iam circulus alter
Scanditur. hūc alius curuato limine cingit
Signifer: aut nullę pingūt aialia formę:

Nec varios vsquā stellaꝝ suscipit ignes.
Lucet em̄ glaciemq̨ refert vitrūq̨ colore:
Crystalliq̨ tenet nitidos cum nomie vultus.
Hinc sua coelestes sumūt exordia motus.
Hic alios secū magno molimie voluens
Raptat:et in boream lentis declinat ab austro
Passib⁹:et retro sua ꝑ vestigia fertur.
Ultima iam nobis regio flāmantis olympi
Panditur.⁊ summi mōstrat se regia coeli.
Suspice nō solis radios nō sideris ignes
Sz totum flāmis circūlambentib⁹ orbem
Surgere in immēsam tam vasta incēdia lucem.
Obstupui:sanguis venas ⁊ anhelit⁹ ora
Deseruit.si tot qt sunt modo sidera coelo
Cōueniant soles:magno par lumē olympo
Nō parient:tm̄ mortalia lumia contra
Non potuere iubar tolli.Contagia virgo
Corporeę molis dixit tua pectora tardāt
Et fragiles hebetāt sensus:vbi liqueris artus
Nō feret hęc ingēs vllum tibi flāma pauorem:
Pone metus:aude tātos te inferre ꝑ ignes
Fide mihi.illęsum summo te culmine sistam.
Hęc ait:et celsam subito me traxit in arcem.
Hic patet immēsis regio latissima campis
Plusquā noster eat visus.si dicere fas est
Fine caret.tellus ipsi collata sepulchꝝ est.
Et coeco spelunca sinu:quā lubric⁹ humor
Et coenosa palus diro contristet odore.
Nil maius natura potest:dum cōderat orbem
Hic regni caput hic mūdi de⁹ esse cacumen

Instituit: spaciū fulgor per inane vagatur:
Quantū non oculis quātum nec mēte videm⁹.
Dux oculos defixa solo paulūq3 morata
Cerne ait: agnosco magni vestigia Pauli.
Hoc olim stetit ille loco: cū lumine captus
Deposuit seuū virus: squamāq3 draconis
Exuit: hac iter est ad nostri limina regis.
Accelera. latis illos ꝓcul aspice campis
Innumeros hoīm coetus ꝑ florea prata
Ferre coronatas vario diademate frontes.
Et fulgere togas auro gēmisq3 coruscas
Scintillare man⁹. hilariq3 incedere vultu.
Hi sunt purpurei reges qui sacra deūq3
Preposuere opib⁹: quos detestāda libido
Imperij nō crudeles nō fecit auaros.
Si tn̄ aut turpes maculas post fata tulere
Aut iniucūdum terrene fecis odorem
Sub stygijs lauere vadis: nam flumīa quinq3
Has scelerꝫ labes ⁊ regna chatartica soluūt.
Ille ferēs mitem toto prior agmine vultum
Imperij quondā partem romanaq3 regna
Viuus adhuc cessit Christo: generiq3 futuro.
Proptēa deus hec illi latissima regna
Et toto maiora solo concessit. ⁊ ipsum
Regib⁹ his prefecit: eunt spaciosa per arua
Maxima cum dulci miscētes gaudia risu.
Ecce grad⁹ in nos oēs ⁊ lumina vertunt.
Accelerāt: Tantos vnq3 non vidit honores
Roma potens: Viden ad leuam qui lumīe claro
Regales prefert aīos: hic parthenopeus

Nuper tenario veniēs Alfonsus ab orco.
Magnanimę saluete aię: saluete magistri
Bellorꝫ quondam: ꝗs ⁊ terrenus honoras
Orbis adhuc: tantę ne meo prestare coronę
Obsequio quicq̄ꝫ potero: sermonibꝰ istis
Compellauit eos ꝟgo: Tum parthenopeus
Curuato cū fronte genu sic ora resoluit.
Aetherei splēdor rutilans ⁊ magna senatus
Gloria coelestis patrię quę limen emisti
Sanguine: cui digitos deꝰ ⁊ caput obligat auro.
Cui viuēs addictus eram. parere parati
Venimꝰ: vt dignos meritis reddamꝰ honores.
Sed tn̄ hic nr̄os quisnā nouus aduena cāpos
Tecū adijt: viuis ne patēt empyrea regna:
Tum sic orsa loqui ꝟgo. Rex maxime quondā
Magnanimiqꝫ sator regis: nisi noxia primꝰ
Mala parēs fregisset erāt hęc peruia viuis
Regna. sed infoelix legē scelus attulit istā.
Attamē oīpotēs cui vult pater atria pandit:
Nec leges aditus oīs clausere: nec ipsum
Latorem vincire queunt. De limine pulchrę
Venimꝰ italię: magnos vbi sęua tumultus
Arma parāt. vexatqꝫ tuos sors dura nepotes.
Nāqꝫ tui proceres regni cōmunibꝰ armis
Dum mutare iugū longoqꝫ exire laborāt
Seruitio. bello illustrem duxere Robertū
Littore de veneto. Sors est incerta futuri.
Sic mea dux: heros aio non ꝑtulit ęgro
Sed placido sic ore sonat. Nos ęquora quondā
Vertimꝰ ⁊ miseras nimium vexauimꝰ vrbes.

Poenitui: poenasq3 dedi. Phlegetonte sub alto
Arsimus: et lõgos ignem portauim⁹ annos.
Scit qui iunctus erat lateri Frãciscus eodem
Sphorcia supplicio: quotiẽs plorauim⁹ vna
Blandimẽta. dolos. furias ꝛ plurima vitę
Crimina preteritę. sed nos clemẽtia patris
Atq3 tuę iuuere preces: me nulla cupido
Sollicitat regni: tales cum corpe curas
Exuimus. certẽt ipsi videãtq3 nepotes
Quid leges ꝛ iura velint. ardentia manes
Expectãt quos ꝑcipites in tartara mittãt:
Quos in vincla ferãt: cui ferrea verbera possint
Intẽtare truci instãtes crudeliter ore.
Viderit hęc cui flãma potest ea sęua nocere.
O vtinã quantas regni mea pignora curas
Iusticię tantas habeãt: tum firma manerẽt
Sceptra: nec infesto resonarẽt classica cantu.
Sed regni iactura minor. pietatis ꝛ ęqui
Maxima. diuitias aufert ꝛ regna vetustas
At ꝟtus ęterna manet: sequiturq3 sepultos.
Bella gerãt ipsi. vincant quib⁹ ętheris alti
Fauerit imperiũ. generi meliora rogabo
Fata meo: sortẽq3 ferant patiẽtius omnem.
Sic ait: et comites nutu assensere loquẽti.
Tum mea cęsaream vertẽs in lumĩa frontẽ
Sphorcia ꝓgenies pacem Frãciscus ꝛ arma
Doctus: et illustres inter ꝟtutis alumnos.
Inferior nulli dixit Cum veneris illuc
Quisquis es ad nostrũ qui tam foeliciter orbẽ.
Aduenis insignem iubeas saluere Robertũ.

Ille mei splēdor generis: tātoqꝫ nepote
Letor adhuc. vidi casus vidi illiꝰ omnem
Fortunā miserās: sortē iam vicit acerbam.
Et potuit grauibꝰ fatis obsistere virtus.
Ille meos priscum nō aspernatꝰ amorem
Seruet vt ante meis gerēt cū strenuus arma
Auspicijs dulces mecū dum viuēt annos.
Uiuat: et huc animi curas iam porrigat omnes.
Sic ait: et versus ibat iam passibꝰ agmen.
Cumqꝫ recedentem cōiecto lumīe turbam
Prosequor admirās viden hūc cui plurima men
Canicies dixit Uirgo: bizātia sceptra
Gessit ⁊ immēsas tulit in cōpendia leges:
Iustini genꝰ egregiū. Theodosius illi
Iungitur: et dextro leuū latus applicat armo
Qui sequitur Traianꝰ erat: quē traxit ab vndis
Tartareis magni deus ad suspiria versus
Gregorij. tm̄ pietas seruataqꝫ semper
Iura valēt. hi quos hederis lauroqꝫ virētes
Cernis idumea signari pectora fronde
Godfridus Caliphę domitor qui regna recepit.
Usurpata diu: solymasqꝫ ascēdit in arces
Turbine cū magno Ueneti duces inclyta proles
Et sacer in tāto primos Adamurus honores
Agmine sortitꝰ. nitidis Boemūdus in armis
Clarus adhuc Ugo magnꝰ. geminiqꝫ Roberti.
Hi simul adiūctis coicre in prelia castris
Per Nicomedis agros opulētaqꝫ regna Nicee.
Perqꝫ lycaonios adierūt Reblata cāpos
Reblata quę primos Petro concessit honores

Anthiochi cū iam muros ⁊ nomē haberet
Cappadoces. Tyriasq͡z domos Sidona potētem
Sub christi misere iugū. Si vicerit hostem
Sceptraq͡z Parthenopes parere coegerit vrbi
Romuleę longi cū meta recurrerit ęui
Nec in regna ferā tota cū prole Robertū:
Diuorūq͡z choris addā. gaudebit: et alto
Corde redundātem diffundet in ora voluptas
Leticiam: cū se circū sua pignora cernet
Ire per elysium: terras oblit⁹ habebit
Castra per ęternas gradiēs heroica laudes.
Dixerat. his paucis ego lōga silētia rupi.
Pande mihi (nisi scire nefas) vbi rector olympi
Quos velares habitare solet. nam credim⁹ ipsum
Nos altis errare locis: coelūq͡z tenere:
Dux mea subridens supra de⁹ inquit ⁊ infra
Aethereosq͡z orbes habitat: sub sole sub aura
Sub tellure latet: sub dite: sub ęquoris vnda:
Omnia plena deo. nam sicut tota ꝑ artus
Corporeos mens vna subit sic vn⁹ in vna
Mundi mole de⁹: mūdo tn̄ amplior ipso
Tendit in immēsum nulloq͡z includitur arcu
Sphera de⁹ viuēs: centri tumor occupat oēm
Curuatura locum nescit: defluxit ab ipso
Orbis: et in magno quicq̄d cōcluditur orbe
Nec durare potest quicq͡z nisi porrigat ipse
Auxiliatricē clementi numine dextram.
Una trib⁹ virtus vnū tria numina numen.
Nec nouisse satis: debent arcana taceri:
Jam christi natalis adest: coelestia magnos

Agmina cõuentus celebrãt: discedere tempus
Tũc ego: Me ne graues iter descẽdere ad umbras
Me ne domos iter luteas iterũq; labores
Ferre iubes: ah me tali ne deijce regno
Dux mea: per superos oro p magna tonãtis
Sceptra: p hos liceat tecũ mihi degere cãpos
Si mortis me dura vetant & ferrea iura
Quid moror: hi fragiles art⁹ in frusta secẽtur.
O decor o campi dulces o gloria coeli.
Quid mirũ si ad regna min⁹ terrena reuerti
Foelices aię cupiant: Dum talib⁹ oro
In lachrymis nabãt oculi. tepidoq; madebãt
Rore genę. dulces urebãt pectora flãmę.
Et suaui moerore labãs vix ęgra ferebat
Membra genu: votisq; diu flagrãtibus arsi.
Tum ergo. quid si patrię tibi tota paterẽt
Atria coelestis: vultu si numen aperto
Si soliũ magni videas atq; ora tonantis:
Te tua regna vocãt: iter te terra reposcit.
Hoc spoliũ mortale lutũ est. mortalia condes
Membra solo: fecẽq; suis cum sordib⁹ istam
Ante dabis tumulo q̃; cętera cernere possis
Et nostras habitare domos. Si vilibus inq̃;
Me spoliem membris iter hęc in regna patebit:
Non ait ętherea nisi q̃s ex arce vocamus
Huc veniũt. heu me miser quem tristia dixi
Fata vocãt: iter ventos patiemur & imbres.
Sollicitosq; dies & lamentabilis ęui
Durius exiliũ: si me tam dulcibus oris
Eijcitis: saltẽ liceat precidere vitam:

Mecũ oculos pigrasq̃ manꝰ et inertia crura
Ferre sat est. hic singultus hic ipsa relinquã
Corda: meas istinc saltẽ ne excludite curas.
Ibo igit̃: totosq̃ dies in funere ducam.
Parce metu dixit virgo. tibi proderit huius
Lucis amor vidisse sinus ꝛ limina olympi.
Te minꝰ interea vitę contagia lędent
Mortiferũq̃ scelus: nec te tua fata grauabũt.
Et quotiẽs mecũq̃ voles nõ voce vocabis:
Velle sat est a deo. Nosti q̃s ante fauores
Prestiterim: posthac magis experiere secũdam.
Hęc ait: et tenuem subito discessit in auram.
Tũc sopor aut aliud fuerit quodcũq̃ soporis
Ora ferẽs grauibꝰ mihi saucia pectora curis
Liquit: et amissi damno tristabat olympi.
Jam supest vt te bellorũ maxime ductor
Admoneã non esse tibi cõsortia tantę
Aspernãda domꝰ: facilem tutãq̃ mistrat
Hęc in regna viã pietas: et sacra nitẽti
Relligio vestita fide: cultuq̃ frequẽti
Dona deo diuisq̃ oẽs congesta p aras.
Hoc q̃ non nostri tm̃ docuere priores
Qui christi lauere suos in flumine crines:
Verũ etiam qui vana sacris idola pfanis:
Et fragiles coluere deos. Post cimbrica bella
Barbaricus templũ: spolijs predaq̃ recẽti
Struxit: et optato Marius sacrauit honori.
Bacchus vt eoos victor penetrauit ad indos:
Primitias predę superis ꝛ magna dicauit
Dona Joui: prisci frondes in templa ferebãt.

Primus hic et spolijs aras cumulauit et auro:
Scipio cui nomē deuicta Numātia fecit
Templa dedit super patri: Marcellus eidem,
Gallorum ducis exuuias. Agrippa superbis
Porticibus: grandiq; deos testudine clausit.
Innocue paci molē rex Flauius altam.
Tullus ab albanis rediēs saturnia templa
Condidit. at Scaurus menti: post arma Camillus
Gallica delubrum famę. Sed maximus omnes,
Constantinus auos vicit: tot templa per vrbem
Tot templis sacrauit opes: vasa aurea: gēmas:
Signa: sacras vestes: casias. et balsama cultris
Marmoreis incisa. crocos. et cinnama ab orbe
Vecta peregrino. Sic te quē longa coronāt
Proelia: cui summā totiens victoria laudem
Prestitit: in superos gratū: memoremq; tonātis
Esse decet. Sicut vetēs iam laudibus ęquas
Militię: sic te facias pietate priorem.

Finis

Explicit panegyris in Robertū Seuerinatem.

¶ Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę theologi ad magnificū comitē Andreā Bentiuolū sexdecimuirum Somniū Romanū.

Axime iusticię cultor. qui clara parētum
Facta: nouis vitę meritis: ꝛ honorib⁹ auges:
Uos quib⁹ est diuū dono concessa potestas
Felsineę gentis patrięꝗ tenetis habenas:
Ambiguos rerꝫ casus artēꝗ dolosę
Sortis ꝛ ingeniū fallax dephēdere fas est.
Uer nō vna dies nō vna reducit hirundo
Sic neqꝫ solertes breuis experiētia rerum
Fert aīos: vigilās prudentia surgit ab vsu
Multiplici: sicut de mille colorib⁹ iris.
Hac sine nil tentare boni nihil vtile rector
Consultare potest. ęquas prudentia leges
Et placidę pacis mores cōponit: et omnem
Militię martisꝗ viā: parit ipsa triūphos
Ipsa gigāteas vires prostrauit ꝛ altum
Demolita caput: solymo Dauida iacētem
Sustulit imperio: et regni decorauit honore.
Propterea a magno tātis Agamennone curis
Nestor, ab Adrasto vates quē prodidit vxor
Quęrit: in phrygios astu cordatus Ulysses
Plus potuit: ꝗ marte ferox ꝛ virib⁹ Aiax.
Euentus igit rerum causasꝗ tueri
Atꝗ vices varias ꝛ cęca pericula sancti
Est rectoris op⁹: quo se patriāꝗ salutem
Seruet: et ad fragilē veniat cū laude senectam.
Id meditās: extrema ducem quę fata Robertū
Oppressere canam: trepidęꝗ horrētia noctis

Somnia: lugubrem queꝫ pdixere tumultū.
Taliter humanas deꝰ ad coelestia mētes
Contēplanda vocat: terrāqꝫ infestat vt altū
Aethera q̄ramꝰ: rōne carentia prono
Queꝫ vultu pascūtur humū: mortalia supra
Nil sperare licet: nobis domꝰ vltima coelū.
Nec minꝰ est demens rex qui in vortice tanto
Vult requiē: q̄ꝫ qui in medio putat equore portū.
Sꝫ iam moesta grauē referāt insomnia casum.
Signa molorchei fugiēs accensa leonis
Sub q̄bꝰ occursum triuieꝫ indignatꝰ ꝛ vmbram
Palluerat Titan curru pulsabat anhelo
Virginis icarieꝫ limen: versisqꝫ redibat
Pronꝰ in autumnū radijs: cū tristia langor
Nescio q̄s mihi corda premēs ꝛ lumīa toruis
Nubibꝰ inuoluēs frontem cōtraxit opacam.
Moestus ꝛ ignorās cām moeroris inertem
Conabar reuocare iocis in gaudia sensum.
Nulla erat ignoto pn̄s medicina dolori.
Multa dies ꝛ multa dabāt suspiria noctes.
Quottidie assumptis crescebat viribꝰ ardor
Cordis: et obscuro vultū pallore iacentē
Polluerat vapor egrediens acherontis ab vnda.
Lux ierat: nigrisqꝫ aderat nox humida pēnis:
Membra toro posui: curas vt somnꝰ inanes
Pelleret: et mētem requies cōpesceret egram.
Turbida imaginibꝰ surgūt insomnia diris:
Concutiturqꝫ graui gelidū formidie pectus.
Territus exilio: noctēqꝫ vmbramqꝫ silentē
Horresco aspiciēs reserāsqꝫ cubicula solus

Egredior memoriq; putãs crudelia mente
Somnia suspicio coelum flãmasq; micãtes:
Atq; malũ nostros verti pcor omen in hostes.
Pallid⁹ obscuro surgebat Jupiter ore.
Moestaq; nec solitũ referens aurora decorem
Per nimbosa ęgram fundebat nubila lucem.
Horrendũq; sonãs dextra cũ fulgure fulmen
Intonuit subito: tempestatẽq; fragosam
Turbidus hyberno boreas voluebat in axe.
Tũc audire viꝝ voces lituosq; tubasq;
Armaq; et hinnit⁹ acres sum visus equoꝝ.
Et graue frigẽti murmur veniebat ab arcto.
Attonitus quid tãta ferant portẽta ꝑ auras
Dum repeto: curis iteꝝ lentoq; sopore
Opprimor. et tepido cogor dare membra cubili.
Procubui languens: et moꝝ vt lumia texit
Matutina quies: vmbras incedere tristes
Aspicio: et quendã canis altoq; verendũ
Ore senem sese lateri cõiungere nostro.
Ardua frons ſ; tristis erat: miserãdaq; mento
Canicies. atro cõspersi puluere crines.
Crispatęq; genę ⁊ visu caua lumina toruo:
Qualia cũ multas inter suspiria noctes;
Egerit: atq; diu somni contabuit expers
Aeger habet: gelidę nares: exanguia labra.
Et facies squalore iacens: cõfectaq; turpi
Ora situ: quales lõgi post carceris vmbram
Esse solent bello capti: vel tristia quales
Cum gemitu veniũt natoꝝ ad busta parẽtes.
Ferreus ambibat lumbos atq; ardua toraꝝ

Pectora. delapso cingebat eburnea ferro
Armatū vagina latus. signata cruētis
Ora notis: ambęq; man⁹ et pectus anhelum.
Talis erat qualem Aenee se maxim⁹ Hector,
Obtulit in somnis: patrios cum flāma penates
Jam raperet: captāq; dolis iam cernēt urbem.
Effigies herois erāt: qui fortib⁹ armis
Inter mille viros pugnās post plurima tādem
Funera: post cędes hoīm dum cędere nescit
Dum renuit dare terga fugę: cōfossus iniquo
Sidere procubuit sup altę stragis aceruos.
Territ⁹ aspectu pmo: tandēq; resumptis
Virib⁹ O tāta qui te sub imagine dixi:
Nocte refers: coelo ne venis an missus ab orco?
Ille gemens tristi duxit suspiria voce
Atq; oculos misero attollēs ꝛ brachia gestu,
Ne trepida dixit christi marięq; sacerdos
Ille ego quē tantis ornasti laudib⁹ olim
Moenia dum peterem coelo romana sinistro.
Ille ego qui vivēs gessi tot bella Robertus
Inter equos inter lituos nutrit⁹ ꝛ arma.
Stirpe seuerinas: crudam doctissim⁹ artem
Militię: et casus vadēs aīosus in omnis.
Huc mea me fetus huc me fortuna redegit.
Magnanimi postq; ducis infoelicia fata,
Talibus accepi dictis: exorta repente
Corripuere aīm rapidis incēdia flāmis.
Et velut ardenti glacies cū liquitur igne
In lachrymas fluxere oculi: pronūq; lacertis
Complectēs heroa piis: o maxime dixi

Militię pater ausonię: quē bella gerētem
Barbara cōtremuit totis germania cāpis,
O veneti tutela soli: gentisq; latinę
Presidiū cōmune: malis ne regna paterēt
Itala barbaricis iteꝝ ne Rhenus ⁊ ister
Ausonię populētur opes tua pectora vallū
Inuictis fecisti animis. o ęterna tuoꝝ
Gloria: si mortale potest occūbere corpus
Immortale manet venturaq; secula nomen
Vincet. ⁊ accipiēt laudes post funera semper
Incremēta tuę: Nostris antiqua diebus
Te duce surrexit ɔtus. o clara potentū
Sphorciadū soboles. auris vitalib⁹ ergo
Nō frueris? nec viuis adhuc? cruor iste tuis ne
Fluxit an alteri⁹ crudeli vulnere mēbris?
An sane barbaricę gētis man⁹ impia tantū?
Ille suū dixit finē mea fata tulerūt:
Et mens coeca prius de tristib⁹ eruta claustris
Jam videt ęternā fracta caligine lucem.
Fata dei cōsulta voco nō ętheris astra.
Quę quāuis aliquas habeāt in corpa vires
Cuncta tñ dñm moderatoręq; sequūtur.
Et nihil attentāt si nō videre tonātem
Assentire operi: nutuq; fauere secūdo.
Nō sec⁹ ac validis harpe ɔphensa lacertis
Non alio torquet nisi q̄ man⁹ egerit ictum.
Tanta hoīm generi impietas tā noxia mens est
Ut coelo dent iura dei. quasi cymba per vndas
Sponte sua scopulos fugiat sine lege magistri:
Et quasi per campū voluat se biga patētem

Antomedonteq gradiēs sine verbere dextre.
Presidet vt summa vigilās in puppe magister
Ostenditq3 viā prore. sic sol⁹ ab alta
Sede de⁹ tante cursus ꝛ pondera molis
Temperat: ex pme motu vertiginis: hore:
Ex horis nox atq3 dies: ex nocte dieq3
Lunigene surgūt menses: ex mensib⁹ anni:
Lustra ꝛ olympiades nemoris de nomie dicte
Et que centuplici voluūtur secula cursu:
Chiliadesq3 cadūt. quaꝝ iam quinta recessit:
Sexta citis vectata rotis per mane iugales
Ad mediū iam cogit iter: mundiq3 senectā
Ducit: et alterius vite prenūciat ortum.
Hinc hoīm deus etates hinc tpa rerum
Hinc spacia hinc vitas animantū ꝛ fata gubernat.
Ipse meos fregit ne sinu miser ampli⁹ annos:
Cōmuneq3 piis fecit cum manib⁹ oram
Elysium dixere olim: modo dicitis hortū.
Sed vos ista latēt. At cur si leta recepit
Te regio dixi placidaq3 in pace quiescis
Ad quā longa pie mittūt suspiria mentem
Te modo lugentē misera sub imagie mōstras:
Ut genus ostendam mortis rñdit: et ipsa
Uulnera que accepi pugnās in marte supremo.
Sic q3 post victos manes spoliataq3 regna
Ditis: ab obscuro christ⁹ remeauit auerno.
Nā q3 cicatrices manuū laterisq3 cruenti
Rettulit: vnde fides oīs titubantib⁹ orta est:
Tum sua membratim moestus similisq3 dolēti
Uulnera detexit tepidum sudātia rorem.

Vnū leua manus qua flectere lora solebat
Sub iugulo torax vnū ꝓfossus ⁊ vnum
In subito martis facies acceperat ortu
Traiectūq; latꝰ iaculo: traiectaq; terga
Sulfureę stridore pilę: crurisq; sinistri
Truncus iners plūbiq; genu feruore caducū.
Sz grauius q̄ vocis iter pręcluserat hasta
Hasta venenato penetrās caua guttura ferro
Dic age dic inq̄ quādo te numina lętis
Accepere locis reducem licet oīa fari:
Et casus audire tuos extremaq; fata
Quis furor armoꝝ quę tanta licētia ferri
Te rapuit: quę te curę tenuere cadentē:
Cogimur o vates inq̄t parere: sed vrgent
Auroram titanis equi teq; orgia poscūt
Sole nouo quibꝰ applaudens lętatr̄ olympus:
Expediā paucis igitr̄. Vicina Tridento
Castra sub alpinis rapidi trans fluminis amnem
Verticibꝰ qua curua sinu cōuallis opaco
Flectitur: et parue suspectat moenia Petrę
Constiterāt: veꝝ obiectu q: montis iniquo
Vnda ꝑ angustas fauces ⁊ marmora labēs
Sępius obstabat nobis quę sępius acto
Ponte fuit sternēda via: et natura locoꝝ
Inquirēda prius summisq; adeunda periclis
Barbara gens. et castra solo metāda fideli.
Vltimus ingēti reꝝ discrimine nobis
Pons texendus erat. nouus explorator ad agros
Queritur hostiles: nostra ad tentoria lecti
Cōuenere duces italę pudet edere gentis:

Decreus: ex tāto heroum meus agmine solus
Lucius a patrijs larib⁹ qui nuper inermis
Venerat: est ausus dubios inuadere casus.
Ipse datos igit comites hortat⁹: et armis
Strenuus assumptis iter est ingressus: et alta
Nocte senescētis tacito sub lumie lunę
Per latera abrupti scandēs asperrima montis
Preterijt positā summis in cotib⁹ arcem:
Subiectosqȝ iugo cāpos intrauit: et oram
Dum legit: ecce ꝑcul telis lucentib⁹ hostes
Aerea de rupe volāt: nox pallida crebro
Lumie scintillat resonātqȝ tonitrua glandes.
Lucius immotis animis ⁊ pectore forti
Obuius it: bifidoqȝ petēs certamie turbam
Aedidit horrendā stragem: ripasqȝ sonātes
Flumīs: et vallem herculeo iam vicerat ausu:
Cum ꝑcul audim⁹ victricem classica cantū
Aedere: collapsas generi victoria mentes
Extulit: exemplo iratę vada nauib⁹ vndę
Rupe sub excelsa infensiqȝ ante ora Bisegni
Aggredior. trabib⁹ quernis ⁊ robore secto
Fit via: turmatim pedites equitūqȝ catervę
Spumātes onerāt fluctus: cymbasqȝ natātes.
Et iam trāsmisso campis fatalib⁹ amne
Constiteram voti compos adituqȝ reperto
Lętior. heu quotiēs ridet fortuna cauēdum est
Altius: ingētes voluebā pectore curas.
Iamqȝ tridentinas arces rhenūqȝ putabā
In venetū misisse man⁹. Nec vota fuissent
Irrita: ni sors dira meū auersata laborem

Dum properãt tranare acies: exercitus ante
Quã simul hostiles tot⁹ penetrasset in oras:
Compositũ rupisset iter: Disiecta furẽti,
Uortice cõpages pontẽ submersit: et vnda
Cõuulsas rapuit p saxa immania puppes.
Iamq3 dies phoebi radijs accẽsa calebat:
Ardenti cauam cõuallem accẽderat estu.
Hec erat illa dies: sęui qua iussa tyrãni
Spreuit: et appositũ vicit Laurẽtius ignem.
Omine prostratę mentes ⁊ corda meoꝝ
Contremuere. vident ripis ⁊ flumine castra
In ptes diuisa duas: via nulla relicta est
Subsidio: via nulla fugę. sic numina coeli
Sic superi voluistis. eram de reb⁹ agendis
Ambiguus: volui retro vestigia ferre:
Contractisq3 iteꝝ pontẽ instaurare faselis.
Mox noua cura subit: loc⁹ amne ⁊ montib⁹ altis
Tutus erat: sol⁹ gelida restabat ab arcto
Faucib⁹ angustis aditus: quẽ claudere fossa
Precipiti instituo: subitis ne incursib⁹ hostis
Aduolet: et pauido trepident ne castra tumultu.
Sz tentare nihil licet aduersantib⁹ astris.
Ecce procul nimbos ⁊ puluerulẽta p auras
Nubila cõuolui aspicio attonitũq3 reuerti
Presidiũ: et ruptis incustodita relinqui
Claustra vię ordinib⁹: peditesq3 relinquere parmas
Perniciq3 vagos dilabi ad flumina cursu:
Quis pauor exclamo comites q̃ ignauia tantũ
Dedecus hoc infert: hodie vel vincite mecũ
Vel simul oppetite. ⁊ vitę preponite laudem.

Nõ est mos itali vobis dare terga: sed hostem
Querere: et in pugnas animis prestãtibus ire.
Hic Marius paruo forte molimie cimbrum
Fudit: et ingẽti preda ditatus et auro
Miles ad ausonios scythię tulit arma penates.
State q̃d ad rapidũ morituri accuritis amnem:
Non est cũ superis bellũ: mortalia cõtra
Pectora mortales pugnãt. hũc sepius hostem
Vicimus. ⁊ nr̃a hęc totiens hausere cruorẽ
Barbaricũ: tot millia misim⁹ orcho.
Venim⁹ ad Rheni fines: arcemq; Tridenti
Cernim⁹. extremus labor hic: in limine semp
Acrius est certamẽ. vbi est de limine pulsum
Presidiũ trepido dom⁹ exanimata pauore
Concidit. ⁊ cohibet dextras: et porrigit arma.
Sumite tela viri: mecũq; in bella redite.
Hic animis op⁹ est: fluuiũ superare vel hostem
Cogimur: hęc nobis est irremeabilis vnda:
Hãc aciem penetrare leue est. ego pm⁹ in istud
Agmen eam: sed vos aĩos firmate labãtes.
His excita velut achuri spirantib⁹ auris
Fax accẽsa micat virt⁹: clypeisq; resumptis
Se glomerãt referũtq; pedem: dãt classica cantũ
Terribilẽ contumq; manus cõplexa trabalẽ
Tendere in occursum totis conatib⁹ ardet.
Jamq; tridentinis ingẽs de rupib⁹ agmen
Euomitur: totisq; sonat germania campis.
Quadrupedat instructę acies absconditur oĩs
Campus: et obscuris coelũ cum nubib⁹ auster
Sibilat. inspicãt cuneos alasq; bifrontes

Instituũt. lõgoq; abeũt duo cornua tractu.
Tergora tensa crepãt: tremulis hinnitib⁹ aer
Clangit: et ignitę volitãt vt fulmia glandes.
Corda repẽtini terrent mortalia casus.
Pręsertim nouitate loci cũ nescia turba
Qua scit iter nescit: positis cũ se vndiq; claudi
Autumat insidijs: longo me hortãtur amici
Colloquio seruare aĩas: et parcere ferro.
Tũc ego seu fuerit coeci violẽtia fati
Seu virt⁹. quid foemineis me obtunditis inq;
Supplicijs: didici nullo trepidare tumultu
Martis et armorꝝ. nõ sum fugitur⁹: abite
Quos horrere facit durę pręsentia mortis.
Hic hodie mihi vicendũ vel morte cadẽdum.
Hec vbi dicta ferox adeo certamen. et hostes
Innumeros cõtra paucis comitantib⁹ altum
Cornipedẽ immitto: fragiles cõcursib⁹ hastę
Dissiliũt: volitãtq; leues per inania trunci
Educti radiãt tremulis splendorib⁹ enses
Sintillãt galeę: crebris sonat ictibus aura
Ut cũ dura salit crepitãs ꝑ culmina grãdo.
Jamq; man⁹ ꝛ tela rubẽt: celer oĩbus adsum
Dux ꝛ miles opem fessis atq; arma ministro
Huc illucq; volans vt pignore Tigris abacto.
Et socios acuo ṽbis: ex aggere nostri
Trãs a tesim clamore iuuãt: atq; irrita mittũt
Spicula in aduersum nõ perueniẽtia littus.
Cunctãtes in bella voco. sed segnia vindex
Corda deus nostris fecit: gelidũq; timorem
Misit in ausonias mentes; imisq; medullis

Corpori inhęrebat. soliti superare fugātur
Italidę: pauloqꝫ meis qui hortatibꝰ ante
Rettulerāt gressum a fluuio (mirabile visu)
Vincere cū possent aīas in flumīe malunt
Linquere: et ignauo pereūt in gurgite fato.
Excruciorꝫ coquit impatiēs pudor itaqꝫ pectus.
Vix potui retro paucos prece flectere lōga.
Cum quibꝰ obijcior telis: iterūqꝫ repello
Teutonicos: et cęde graui cōpescimus hostem.
Deferor a socijs iterꝫ. solusqꝫ resisto.
Vulneror. et iaculis acies me millibꝰ vrget.
Vix elapsus eram medio cū in gurgite vidi
Difficile impelli cymbā aduersantibꝰ vndis.
Et me sollicito nutu ꝛ clamore vocabat
Portitor. atqꝫ istis ꝓprior iam vocibꝰ inquit.
Dux miserādę tuo nunqꝫ sine milite vinces.
Nōne vides: nō est tuus hic exercitꝰ. isti
Auxilijs quorꝫ fidis vilissima vulgi
Congeries, nō sunt soliti tot spicula ferre.
Sꝫ iactare cubos: pugnāqꝫ lacessere pyrgo.
Differt: et hęc animosa tuis certamina teqꝫ
Militibꝰ serua. tali me nauita pacto
Sollicitat: fugiāqꝫ grauis fata aspera pugnę
Supplicat: At paucos comites in marte reliqui
Turpe ratus summisiterꝫ me offerre periclis
Est aīo furor et casus tentare supremos.
Interea largus duplici de vulnere sanguis
Ibat: et exhaustę fugiūt cum sanguine vires.
Barbarus ex omni nostro ad flumia campo
Compulerat: fatum duplex ꝛ martis et vndę

Nos premit. o comites dixi quo feruida uirtus
Quo laudũ discessit amor: cur pectore tantos
Concepere metus: et cur nõ vincere vultis:
Nõne hostes quotiẽs animis & fortib⁹ armis
Egimus: oppressi bello iacuere cruento:
Undiqz barbarico rubet oĩs funere campus.
Nostroꝝ gladius paucos absumpsit: in vndis
Imbelles misere aĩas: germanicus audet
Cum nostros trepidare videt si vertim⁹ ora
Si pauci comitẽtur: agã hoc de margine turbã
Precipitem. dictis equites animãtur: et hastas
Corripiũt: galeisqz volãt in p̄lia clausis.
His adiutus equũ stimulis in bella feroce,
Sollicito: et qua densa magis certamĩa feruẽt
Fulmineo cursu irrumpo. germanica cedũt
Agmina: cedũtur magnis clamorib⁹ hostes
Turba ruit. crescit strages miserãda viroꝝ.
Non aliter q̄ꝫ cum falcem ꝑ gramĩa curuã
Messor agit: positis truncę ceruicib⁹ herbę
Procumbũt. aliĳ pedib⁹ calcantur equoꝝ
Cornipedũ sup arma labãt vestigia: preceps
Fertur eques: figitqz truces in puluere conos
Sunt qui disrupto manib⁹ fumantia ventre
Intestina gerũt. quosdã dum vellere tentãt
Ossibus herẽtes hastas nouus obruit ictus.
Impulsu plebs multa ruit: sub mole cadentũ
Plurima turba perit: clauso nec anhelat hiatu.
Puluerei lucẽ inuoluũt & lumina nimbi.
Attonitę clamore aures: madet omne cruenta
Cede solũ: maculatqz fluens cruor arma manusqz

Arma armis collisa crepāt: pellūtqꝫ trahūtqꝫ
Tela viri seuit mauors: et plurima mittit
Ad miseras lamēta nurus: et nuncia tristes
Euersura domos desolatura parētes.
Ardet vt ingrediēs tonsos vulcanꝰ in agros
Cum stipulas vorat arētes: boreęqꝫ iuuatur
Flatibꝰ: et prono cū se vaga vertice flāma
Porriget: et multo depascit arua fragore.
Armigeꝝ procul aspicio cui marte furēti
Sanguineo validaqꝫ manu dura arma mouēti
Barbara cornipedem chalabꝝ pfoderat hasta:
Ipse ibat pedes ęre grauis: ferox ocyor aura:
Compelloqꝫ viꝝ et iubeo vestigia sistat.
Dum loqr hostis adest et equo cōtorquet ab alto
Telum in me frendens: neqꝫ in certamia poscit.
Congredior. capuloqꝫ tenus clamātis in ora
Ensem adigo vitāqꝫ vomens cū sanguine corpꝰ
Pulsat humū: moriēsqꝫ cauo singultit hiatu.
Quadrupedem morsu rodentem frena superbo
Atqꝫ indignātem dn̄o parere latino
Magnanimo comiti trado: illi atqꝫ insuper addo.
Chare comes varijs mecū iactate periclis
Tempꝰ adest fatale mihi: mea funera cerno.
Nec mea differri possunt iam fata: dehiscit
Iam latus: et seuū strinxit pcordia vulnus.
Sꝫ neqꝫ me mors ista grauat: sat vixímꝰ: ętas
Nostra quaterdecimi trāsit cōfinia lustri.
Si miserę paucos vitę deus adderet annos
Non tn̄ auferret mortē. necis oībus ęqua
Conditio: et capulo semp vicina senectus.

Adde q hic claro casus duce dignus: et inter
Tela viro forti vitā deponere pulchꝛ est.
Nec cędes me tāta iuuat: nec moꝛe feraꝝ
Rimari cupio crudeli viscera dextra.
Pellere vim vi iura sinūt. ⁊ vulnere vulnus.
Ipse de⁹ qui loꝛa tenet viteqꝫ necisqꝫ
Viderit an meli⁹ caput hoc seruare vel hostem:
Sed te ꝑ superos oꝛo: lōgęuaqꝫ nostri
Jura sodaliciĳ nostras ex hostib⁹ istis
Relliquias auferre stude: patrioqꝫ reconde
Me tumulo. his dictis iteꝝ pugnare param⁹.
Ecce comes quondā meus ⁊ nutrit⁹ in armis
Mecū sphoꝛciacis conto traiectus acerno
Protrahit: fugiente aīa vultuqꝫ supino
Sanguineū verso ducēs in puluere sulcum.
Loꝛa traho: et tristē casum miserat⁹ amici
Alloquoꝛ exanimē. Foelix cui numina tantū
Pręstiterint: vt post validę facta inclyta dextrę
Finiat illustrē cita moꝛs ⁊ splēdida vitam.
Fata ferāt mihi fun⁹ idem: muliebria plumę
Membꝛa decēt: acres animi durataqꝫ bello
Coꝛpa non optāt nisi factā vulnere moꝛtem.
Chare vale comes: ante diem q̄ sidera claudāt
Suspicoꝛ elysio tecū me in limine cernes.
Sic efatus agoꝛ pernici in ꝓlia cursu.
Aedim⁹ immēsam stragem: nec ferrea nobis
Tegmina: nō densę pn̄t obstare cohoꝛtes.
Et iam terga dabāt hostes: gens barbara toto
Cesserat ex vallis circo: cū ferrea leuam
Glans ignita manū ferĳt: mox altera tergū

Percutit: elapsis sonipes iam liber habenis
Ibat: et obscura sensim mihi lumina nocte
Mors umbrabat: equus spumās ęstu atq; labori
Victus ubi ꝓspexit aquas se misit in amnem
Nec rectoris habēs legem procūbit in undis
Et me semianimem sternit: sepelitq; sub alto
Gurgite post multos vitę mortalis honores
Sic posui afflictos vi ferri ⁊ flumīs artus.
Mos tandē: totiēs aliis illata recepit
Me q;. ⁊ accepta cessauit anhelitꝰ unda.
Altera lux aderat: cū plębs germanica lugēs
Affuit: ut vita functos trāsferret in urbē:
Me q; dum prędę cupidi scrutātur arenas
Et torrētis aquas unco rapuere tridente.
Agnouere ducē. ⁊ spoliis lętatꝰ opimis
Barbarꝰ elatum tulit in sua moenia corpus.
In risus abeunt genitꝰ in gaudia transit
Luctus: et insigni feror ad sacrata triūpho
Limina sublimis Vigili: condorq; sepulchro.
Exitus hic vitę. fuerit quę cura cadenti
Quādo audire libet: nec me narrare pigebit.
Prima fuit mihi cura deꝰ. manibusq; videbar
Ante coronatū spinis ⁊ sanguine regem
Supplicibꝰ veniam ⁊ sedes orare quietas.
Miratusq; mihi nullos in morte dolores
Nulla dari tormēta manꝰ ad pectora iunxi.
Tum mihi notoꝝ fuit ⁊ cōsortis imago
Ante oculos: patriq; oīs astare putabam:
Et generū: qui nocte oēm explorauerat oram
Strenuus: et nulli Illoꝝ laude secūdus.

Bentiuolosq̃ duos: Vnũ cui felsina primũ
Pro meritis patrẽ atq̃ suis cõcedit honorẽ:
Cuius amor q̃q̃ solitum q̃nq̃ nitorem
Perdere sit visus tñ alto pectore nunq̃
Fluxit. et Andream: cui⁹ si munere ꝑtus
Sit donãda pari tellus nõ sufficit oĩs.
Tanta fides talis pietas mortalia trãsit
Premia ⁊ ętherei partẽ sibi poscit olympi.
Attonit⁹ fixis oculis pressaq̃ manebat
Voce Refrigerius: nec dissimulare dolorẽ
Jam poterat. vidi lachrymas: suspiria vidi.
Et dolui tãtos hoiem amisisse labores.
Hos inter moriẽs natis dare pauca videbar
Languẽti mãdata sono postremaq̃ ꝟba.
Sic memorãs. mea ꝓgenies fortissima bello
Pectora: qui prius est visus vitalib⁹ auris
In fatũ prius ire decet: qua viximus ęquũ est
Arte mori. vobis famã nomenq̃ relinquo.
Perpetuũ. mea dent vobis vestigia legẽ
Viuendiq̃ modũ. poteram discedere ab armis
Tutus: et aucta fluuiũ trãsmittite cymba.
At seruãda fides vetuit ꝓducere vitam.
Tanta fuit semꝑ veneti mihi cura senatus
Tantus amor semꝑ melior mihi sanguine ꝑtus
Visa. nec adriacũ potui nisi morte leonẽ
Linquere: nec moriẽs linquo: post ipsa iuuabo
Funera ni vires aĩo sensumq̃ negabũt
Numina. vos illi si q̃d suprema parẽtis
Jussa valẽt: si quid pietas: succurrite totis
Corpis atq̃ animi neruis: et barbara vestrũ

Robur ab ausoniis auertat finibus arma.
Uiuite cōcordes. fraterni nomis auctor
Explicuit quāto cōuerti foedere debēt
Quos natura parēs e sanguie fecit eodem.
Militat in bellis amor. est in pace voluptas:
Arma dabit pietas & inexpugnabile vallum
Reb⁹ in aduersis: erit & mihi grata sepulto.
At tu chare puer grai cui nomia regis
Indole qui tāta fortes ascēdis ad annos
Germanas matrēq; pia cōplectere cura.
Uiuite foelices. ęterno lumina somno
Jam mea caligāt: mors occupat ora valete.
Sic fabar moriēs. circūstantiq; coronę
Sum visus pberere manū: lachrymosaq; natis
Oscula & vxori charisq; relinquere amicis.
Mox animus tanq; coeco de carcere liber
Strenuus emicuit. patuere latētia mundi
Foedera. coelestis licuit coguoscere causas:
Naturęq; vias ęternaq; semina rex.
Tūc varias risi ambages vanūq; laborem
Scrutari superos coeliq; arcana volentū
Tūc ego nescio qua subito vi tractus in altū
Efferor. et tranans auras & nubila: coelo
Jam vicinus eram: cū me Catharina beato
Diuū cincta choro superas euexit ad arces.
Lętus et a curis liber mortalib⁹ ibam
Mobilior plumis celeri velocior euro.
Ipsa q; ostendēs hilari noua gaudia fronte
Sic ait. ille tuus qui sic accēsa momordit
Corda dolor grauis illa tuę querimonia mentis

Diluit omne nefas animi rubigine tersa
Te stygijs exemit aquis: acherontia clausit
Stagna tibi. tria pādebat iam cerberus ora
Iamq̄ aderāt missi lemures a limine ditis
Qui te p̄cipiti raperēt in tartara cursu.
Anguis vt ętatis viciū deponit & annos
Angustū per iter gradiēs perq̄ aspera saxa.
Ut panchea senex patiēs incēdia phoenix
Ignis odorato renouat sua tp̄a sacro
Sic pietas ardens aīęq̄ gemētis anhellum
Pond⁹ ab infecti sceleris caligine lustrat.
Nulla magis tollūt concretā februa sordem
Nulla animi pestē medicina potētius aufert.
Hic nobis viden hos coelos qui singula voluūt
Sidera & octauū lucere tot ignib⁹ orbem:
Perspicuū gelu mūdiq̄ immobile culmen:
Hic nobis ęterna quies cōcessa tonantis
Arbitrio. nobis toto licet ocia coelo
Ducere: sed claro martis tibi tecta sub orbē
Dat pater. inferi⁹ quorsum libet ire licebit
Alti⁹ ire nefas. tua sit cū marte potestas.
Sic ait: et nitidis pulchr̄ caput abdidit astris:
Est igit̄ cum marte mihi dom⁹ ampla diesq̄
Perpetuus: secura quies: ęterna voluptas.
Hic habitāt aīę illustres: quę fata profanis
Accipiūt bellis: si sit miserat⁹ ab alto
Orbe de⁹. christi p̄ relligione cadentes
Altius admissę p̄ summa cacumīa mundi
Tecta tenēt: et cuiq̄ sua est satis ampla voluptas
Dia spiritibus coelestia corpa sanctis

Plena. dei coelũ domus est immẽsa: puderet
Ampli⁹ his habitare locis: foelicia semꝑ
Uulnera q̃ tantis aĩm soluere tenebris.
Talib⁹ orandi finẽ iam fecerat heros:
Atq; nouã tristi spoliat⁹ imagine formã
Sumpserat: et clar⁹ gẽmis radiabat ⁊ ostra:
Qualis erat festis gradiẽs ad tẽpla diebus
Splẽdidus ⁊ multo Salomõ spectabilis auro.
Tũc ego qui fuerã casu tristat⁹ acerbo:
Jam positis animi curis tua funera dixi
Non igit̃ sunt flenda: quib⁹ de carcere lõgo
Solueris: atq; graues claudis tã fortiter annos.
Uita fuit ꝟtutis op⁹: mors gloria coelũ
Patre tui meliore tenẽs. olimq; resumẽt
Corpa vitales fatis meliorib⁹ aurę:
Cum suprema dies aderit: tua possidet orbẽ
Inclyta fama: manet ꝑ te tua clara ꝓpago.
Nõ paridis iaculo: nec ab vno victus achille.
Nec lapithas inter pateris ⁊ olentib⁹ vrnis
Occidis: aut diro sicut Tirynthius igne.
Nõ te foemineo mõtana betulia sexu
Nõ te massagethũ tomyris regina fefellit.
Nõ onus argiuo fregit tibi tpa saxo
Nec: qua morte ferũt persam cecidisse Dariũ
Dextera seruilis fodit tua pectora ferro.
Nõ in pace sedens armis ⁊ fraude q̃ tuoꝝ
Captus obis: quali maculauit cęde senatũ
Impius in patriã Cęsar: nõ tincta veneno
Pocula mortifero sumis: quo sęua tulerunt
Poenũ fata ducem. nec tu tua viscera telo

Ipse tuo lanias: quę sors miseranda Catonē
Implicuit: q eum lucis vitęq; puderet.
Nec pauido xerxi similis: cū milite multo
Funderis a paucis: nec iners aut ocia ducēs
Rustica ceu libyę domitor. Si fortib⁹ armis
Si superas animis & vitę laudib⁹ istos
Dicā alias: mortis certe tibi gloria maior.
Nā velut excelsas altis in cotib⁹ arces
Non nisi vi multa & lōgo molimine duri
Deijciūt hostes sic te nō misit ad vmbras
Una man⁹ non vna phalanx: exercit⁹ omnis
In tua fata coit peterisq; a millib⁹ vnus.
Sz neq; te imbelles indi mollesve sabei
Pygmeive breues rapiūt vel accola rheni
Gens durata gelu gen⁹ insupabile ferro:
Qd totiens Romā tum cū ditione pmebat
Europę libyęq; vrbes Asiāq; minorem
Terruit: hi superāt parthos: thracūq; furores
Quos martem genuisse ferūt hi spicula torquēt
Pantesilęęa nō inferiora securi.
Et iam certa dies tenebras altūq; soporem
Ruperat: euigilās vba impfecta reliqui.
Uisaq; p somnū tacita mecū oia mente
Suspectoq; metu voluēs: sint somnia dixi
Uana pcor. somnūq; ferant & somnia venti.
Nec dum finierā cum tristis epistola nobis
Nunciat infoelix & lamētabile fatum
Principis: o nimiū dixi veracia si quid
Somnia triste ferūt: vana & mēdacia quādo
Gaudia significāt: rebusq; inimica secūdis.

Scilicet istud erat qđ mens presaga malorꝝ
Senserat: et coeco gemitū dabat ęgra dolore:
Moerebatqꝫ tacēs: et tristi pallida nocte:
Ut solet hybernꝰ piceis sub nubibꝰ aer.
Tanta ne tam subito ꝟtus occūbere fato
Tantꝰ honor potuit: tāta expectatio rerꝝ
Occidit in medio tāti molimine belli:
O superꝝ metuenda manꝰ: sentētia semper
Aequa: sed humanę nunq̄ꝫ precognita menti.
Spes hoīm fragilis: fortunaqꝫ lubrica: vanum
Consiliū. sensus hebetes. prudētia coeca
Quot capitur delusa modis: cū lęta secūdat
Prosperitas seruare modū: frenare volātes
Nescit mens humana rotas: ardentia flagrāt
Uota: calet pectus: gliscit sine fine libido.
Addit se comitē votis audacia mendax
Fertqꝫ ꝑ abruptos silices: hebetatqꝫ sequētum
Lumina ne casum metuāt: vbi duxit in altū
Precipitat. gaudetqꝫ rudi noua murmura vulgo
Ingerere: et subitis orbē terrere ruinis.
Proptēa quicūqꝫ loco sublatꝰ ad auras
Constitit illustri: summā non appetat arcem
Ne pessum deiectus eat. Uoluere gigātes
Turribus aereis coelos ęquare deumqꝫ
Trudere de regno: et rerum ditione potiri.
Sed pater indignās animis: opꝰ impulit audax
In latus. ⁊ gentem mersit sub mole superbā
Dedaleos cōtra monitꝰ puer Icarus auras
Dum secat ⁊ leuibus dum tendit in aera pennis
Non tulit hoc titan: ceras ardore liquētes

Soluit: et amissis periit labor irritus alis.
Amphitrioniade telis peantius heros
Figitur: et spernẽs habilẽ gestare pharetram
Sumpsit ab herculeis vulnᵘ letale sagittis.
Occidit infoelix Phaeton dum lora gubernat
Mortali diuina manu. vidisse paternũ
Limen: et illustrẽ phoebi tetigisse quadrigam
Debuit esse satis. nisi mens illecta fuisset
Auricomi splẽdore patris. curruqꝫ nitẽti
Tutus erat. finem votis audacibᵘ ergo
Ponite rectores orbis. quę semꝑ in altum
Euolat et nusquã vestigia figit harundo,
Quo magis ingredit̃ nubes ꝛ sidera tãto
Ocyus in terras caput est versura caducum.
Mitius ęgrotãt si q̃s temeraria pellit
Ex humili fortuna loco: q̃ trudit ab alto
Quãdo nulla quies alia cõceditur arte
Tristiciã celeri cupiũt abrũpere fato.
Sed q̃d flere iuuat mortes: alienaqꝫ fata:
Nos oĩs domᵘ illa manet. dilabitur ętas
Dum loq̃r et celeres torquẽt sua stamia parcę.
Qd̃ superest: gelido damᵘ inscribẽda sepulchro
Uerba renascẽti quę a posteritate legãtur.
Clara seuerinas tua belliger ossa Roberte
Hic habitãt. potuit ꝟtus a morte tueri
Nomẽ ꝛ egregiã mentẽ: mortalia membra
Non potuit: totũ laus est tua missa ꝑ orbem.
Relligio et pietas aĩm comitãtur in astris:

¶ Finis

¶ Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę theologi ad. D. Falconem Protonotarium cui⁹ beneficio ex omnibus periculis est liberatus.

Carmen

Ebro (sed curę prohibēt) tibi carmia Falco
Aegraq; mens varijs sollicitudinibus
Dign⁹ es ęterni cui decernātur honores:
Sacraq; solenni cōficienda die.
Sicut enī domitis proles Tirynthia monstris
In supꝝ sanctas fingitur isse domos.
Sic vbi fatalis lachesis tibi voluerit annos:
In paradisiacos ibis ab orbe lares
Et nisi relligio viuis ea dona negaret:
Jam tibi lucētes poneret ara focos.
Nec magis adiuuit fessum labor herculis orbē:
Quā tua gentiles prouida cura meos.
Te duce de scyllę canib⁹ de fauce charybdis
Eruimur: placido ꝑfruimurq; mari.
Te duce cum ꝑuo nauis mea remige tutū
Fecit harenosę per vada syrtis iter.
Nostra Caphareo duce te sub vertice puppis:
Transijt. et tyriū qua tulit vnda boue
Et qua septenos vomit vnda reciproca fluctus:
Euboicos inter. Castaliosq; sinus
Nec potuit nauplus fictis illudere flāmis
Nec pauidam cautes corripuere ratem
Te duce cyclopes immania monstra subegi
Est Erymātheus te duce victus aper.
Phasides ꝛ circes Acheloiadūq; sororū
Carmen ꝛ harpyas stymphalidasq; fugas.

Te duce Serionē ꝛ barbara vicimus arma:
Armigerā segetem flāminuomosq; boues.
Te duce nigrātes erebi superauim⁹ vmbras:
Et caua tartarei fugim⁹ ora canis.
Te duce seruatę leges: et iura parentū:
Nostraq; res maius publica robur habet.
Te duce quassatā fulcris meliorib⁹ ędem
Et laceram solido struxim⁹ ęre domum.
Te duce pontificis summi mihi limen apertū
Et sancti patuit regia magna patris.
Sic precor immēsi pateat tibi regia coeli:
Teq; suū christus collocet ante thronū.
Tot meritis vnū: quo tāgere sidera possis:
Adde: Quirinali limen in vrbe dato.
Cur precor a lateo soli ꝓhibemur: an vnq;
In Captolinas vertim⁹ arma domos:
Nō nos ꝓgenies senonū: non punica turba.
Non sum⁹ hyrcanū: sarmaticūve genus.
Itala gens linguā ꝛ mores edocto latinos
Haustaq; de petri relligiōe sumus.
Cur igitur quotiēs Romana reuisere tecta
Cogimur: in ꝓpria nō licet esse domo:
Da latios Romane lares: da cernere thybrim
Da patrię nobis regna beata tuę.
Auspice te nobis fas hoc sperare putatur:
Qui regimen cymbę pontificalis habes
Nos q; qui cupim⁹ Romanū extollere nomē
Suscipiet facili Martia Roma sinu.
Si fuit Andino mitissima Roma poetę:
Nos q; quos aluit mintia terra feret.

Aeolus es nobis: pelago dominaris & aurę.
Da zephyros nostrę: remigiumq; rati.
Sic tibi siderei dominam placabis olympi.
Et pluit ętheria iugis ab arce fauor.
Sed pp̄era. longo lachesis iam fessa labore
Cogitat inuiti rumpere fila manu.
Post obitū benefacta manēt ęternaq; vrtus
Nō metuit stygijs ne rapiatur aquis.

Ad eundem

[S]I mea pierius coeuntib[9] vndiq; riuis
Assidue curret totus in ora liquor.
Nō potero meritas Falco tibi soluere grates:
Digna nec officijs fingere v̄ba tuis.
Ille satisfaciat qui se cōtemnere dixit
Nec calicis vilem frigidioris aquam.
Ne tn̄ ignores humilis pia vota Poetę
Paupere de loculo vilia dona damus.
Tūc tibi Romulea cū nos donaueris vrbe
De locuplete penu xenia magna dabo.
Hęc sunt quę veniēs min[9] vt via leuiret ęgi
Dum studet obsequio nostra minerua tuo.
Ista leges qn̄ veniūt post seria ludi:
Cum dabit extremas mensa secūda dapes.
Nulla suo res est si sit data tp̄e vilis
Apta ferūt magnam tp̄a rebus opem.
Opportuna tibi poterūt solacia ferre:
Tempore si fuerint carmina lecta suo.

In eundē endeca syllabicū

Falco Romulei pater senatus
Nemo me: quia sit seuerioris

Vitę relligio: putet negasse
Fontis castalij beata rura.
Indoctos homĩes fatigat ista
Simplex rusticitas: peritiores
Quales Ambrosius Boetiusq;
Qui mores tetricos: et altiorem
Foelici patriam sequũtur aura.
Musas & studium latinitatis
Complexi fidibus lyraq; morbos
Tollebãt animi grauesq; curas:
Jucunda modulatione fretum
Pennis ingeniũ velut quibusdam
Sublatũ rapitur: deumq; dulci
Jllapsu recipit: bibitq; nectar
Quo mensę superum fruũtur omnes
Hi vere lyrici fuere vates
Sicut pindarus insulęq; virgo
Lesbi gloria: grandiorq; plectro
Alcęus modulans vetustiore
Et Dauid tyrio decorus ostro
Percurrit citharam manu sonãtem:
Et sanctos superis cantat honores:
Hinc laudes veniũt pijq; cantus:
Hinc hymni resonãt choros per omnes:
Jstos: posthabitis minus peritis:
Auctores imitans tuis patentes
Campos auspicijs perambulabo:
Nec vulgi duce te proteruientis
Nugas iudicium ve pertimescam.

In eundem

Dicet adulādi studio mea carmina lector
In laudes nimiū luxuriare tuas.
Inuidię morbo pn̄s male iudicat ętas:
Iudiciū meliꝰ posteritatis erit.
Credite vēturi mēdacia nulla libellus
Ni malꝰ interpres decipiat habet.

Cur libellus Falco dicatur

Qd' mihi curuētur vel crura vel vngula lector
Tale mihi nemo nomē inesse putet.
Sed qꝫ falconis versu meliore canendi
Clauditr̄ exiguo gloria magna sinu:
Nec tn̄ immēsas licuit cōprehēdere laudes
Nec fragiles chartę pondera tāta ferūt.
Amphora tyrrhenę quātum degluciet vndę
Falconis tm̄ pagina nostra carpit.
Hoc fuerit specimen: reliquā qui cernere mercē
Postulat aonię phocidis arua petat.

Ad Pomponium

[S]i mea Falconi placuere poemata forsan
Aedere et a populo iam licet illa legi.
Ipse etenim cauta versus appēdere lance
Nouit: et ingenij lumen, ꝛ artis habet.
Tu superes: cuiꝰ sentētia queritur: ac si
Sit clarij dictis anteferēda dei.
Si placet ędantur: si displicet occule: nam sunt
Oīa iudicio subijciēda tuo.

In Falc. Dist. ad Pont.

Ducere sopitis pastor potes ocia curis
Falco tuas Argi more gubernat oues.

In eundem

Quod fuit Atride nestor. Centaurs achilli
Hoc patrie Falco Pontificumq; patri.
In eundem
Secula falconē si fortunata tulissent
Uel cato: vel fabius. fabricius ve foret.
In eundem.
Sic alios falco superas in reb⁹ agēdis.
Ut libye sterilē fertilitate sanū.
In eundem tetrastichon
Quāta rosis inter neruos est gloria flores
Inter aquas nymphis oceanitib⁹
Inter sidereos triuie splēdorib⁹ ignes
Falco tibi in patrio gloria tanta foro.
In eundem
Uir bonus est precio sua qui cōmunicat equo;
Falco mihi gratis res operasq; dedit.
In eundem
Cur tibi tot bona sunt & tam prestātia falco?
Cultus ager quia plus fertilitatis habet.
In eundem
Insignis virtute cato. Pompeius honore.
Tullius eloquio. relligione Numa.
Relligio. probitas. honor. et facūdia tecum
Sicq; viros falco quattuor vnus habes.
In eundem
Cur male custodit tua ianitor atria falco?
Quod scit in occulta turpe nil esse domo.
In eundem
Cur tibi sunt dociles serui sine crimine falco?
A simili mores accipiūtur hero.

In eundem

Cur sors falconē nec lęta nec aspera mutat:
Mascula qđ virtus pectora firma facit.
Sunt ppria: sunt qui niteāt ꝟtute parentū:
Falco tuā radiat splēdor vterq₃ domū.
Sed tuus est maior. nam quicqđ laudis in oēs
Sparsit auos ꝟtus prodiga: sol⁹ habes:

In eundem.

Maxima cū doctis cur habet cōmercia falco:
Quod paritas homies cōciliare solet.

In eundem.

Si te tristis adit quisquā cur lętior exit:
Falco tuū charitas cōcomitantur iter.

In Eundem

Nicomaci nato si fas est credere: falco
Nō tibi iam laus est sed referendus honor.
Est honor. in portū cum puppis ab ęquore venit:
Laudib⁹ inceptum cōtinuatur iter.

In Eundem

Quid tibi cū musis qui tāta negocia tractas:
Pinguis ager siluis: graminibusq₃ viret.

In Eundem

Quos alię ꝓhibēt recipit tua ianua falco:
Non tua: sed populi cōmoda solus amas.

In Eundem

Publicolę nomē paries inscriptus habebat:
Falconis credi debuit esse domus.

In eundē: de pareone quasi pater regiōis

Area falconi pareo cōiuncta vocatur:
Falconem regio ꝓdicat illa patrem

Dant tibi cōcisum laudis cōpendia nomen:
Omnis vt eulogio lingua sit apta tuo.
In Eundem
Cur geniū fraudas: cur respuis ocia falco:
Calcar habet virt⁹ desidiamq; domat
In Eundem
Cur scytha: cur grecus: cur te veneratur iberus:
Utitur officijs quelibet ora tuis.
In Eundem
Argolicas maior tyrias minor versa: sed omnes
Aurea falconis stella gubernat aquas.
In Eunndem
Cur tua distinctis fulgēt serpentib⁹ arma:
Philtra min⁹ si sint dissociata nocent.
Hec homiem signāt: qui bella domestica sedat
Et que ciuilis suscitat arma furor.
In eundem
Unde fit vt doctos vocet ad cōuiuia falco:
Ne pars officio tpis vlla vacet.
In eundem
Cognita cur tibi sunt idiomata barbara falco:,
Et toto virt⁹ orbe petita tua est.
Pullytropum vates dixit smyrneus olyssem:,
At ego te sanctum pullytropemq; voco.
In eundem
Cur nunq; alternis cedūt tua seria ludis:
Nempe quod abstrusum mens tua numen habet.
In eundem
Ora tuas falco resonant cur omnia laudes:
Est laus: et nō est dicere vere labor

In eundem

Cur tibi tam leuis est. cur tam iucūda senectus?
Libera qđ vicijs tota iuuēta fuit.

In eundem.

Cur tua iam grauib⁹ virt⁹ non frāgitur annis?
Nec patitur vitę deficiētis onus?
Corpa mens. mentē virt⁹. deus cūa seruat.
Cur minuet vires longa senecta tuas?

In eundem.

Quid valeat fortus ad acerbę ferrea sortis
Spicula falconis testificatur honor.

In eundem

Cur aliqñ fuit tibi sors inimica nocensqꝫ?
Quod fortus fuerit semp amica tibi
Aemula fortuti sors est. q̄s eleuat illa
Ista premit crispo torua supcilio.

In eundem.

Cur te dissimulas? cur nō in honore superbis
Falco? supercilio gloria vera caret.
Sors facit elatos. ⁊ rusticitate tumētes.
Et generāt mores corda supba feros.
Exhilarās frontē virt⁹ augusta serenā
Cur placidū. clemens. mite piumqꝫ parit.

In falconem. elegia

Dicite falcones habeat cur martia paucos
Curia. quę colitis phocidis arua deę?
Dicite dum tenui strepet Allia murmure. dum sol
Urget ab excelso pectus ⁊ ora polo.
Dum semiusta sonāt querulis arbusta cicadis
Dumqꝫ madet. ⁊ muscis sollicitatur equus?

Dicite sed neruis nō est opus. ore canēdum.
Arridulo media carmen equestre die.
Cum dabit secura quies meliora canemus
Nūc satis est celeri ducta figura manu.
Finierā. vocē mox extulit vna soror.
Paucaq3 disparib⁹ rettulit ista modis.
Est dom⁹ in summo saxosi vertice montis
Ardua. quo durū semita tollit iter.
Aurat⁹ paries gēmis vestitur vbiq3.
Artis apelleę nobile fulget opus.
Hic sunt q̄ sophia: q̄ relligione vel armis
Aut aliter summū ꝓmeruere decus.
Hic retinet bello pręstās ⁊ pace robert⁹
Inter martigenas regia sceptra duces.
Ipse seuerini generis nitor. ipse latinā
Militiā pacē iusticiāq3 regit.
Hic est caraphiā qui tollit ad ęthera guttem:
Cui placidū mitis nomē oliua dedit.
Hic est Romuleę prisco de sanguīe gentis.
Qui vetēs falco laudib⁹ ęquat auos.
Vidim⁹ hos virides lauri gestare coronas:
Et loca queq3 sito ꝑma tenere choro.
Tota cohors trib⁹ assurgit: nec vidim⁹ hoꝝ
Quis prior. et cui⁹ palma secūda foret.
Atria ꝑma labor. tecti penetralia fetus
Seruat: in extrema ꝑte locatur honor.
Horrifer labor est ⁊ inexorabile monstrū:
Quale qđ infernas excubat ante fores.
Pectora lata timēt: collū breue: brachia setis
Hispida: neruose marmoreęq3 manus.

Hic cadmi superāda seges: mactanda chimera:
Atq3 medusę colla secāda ferę.
Hic vigil hesperidū custos fallēdus: iason
Hic domat iratos flāmea monstra boues.
Hic fuit hippolyt⁹ cursu lacerat⁹ equorꝝ.
Et cito ꝟtutis viuificatus ope.
Nam labor in varias solet migrare figuras:
Nūc leo: nūc aper est: nūc bouis ora gerit.
Sicut acarnano est de flumie fama deoq3:
Qui vada carpathię lata tenebat aquę
Plurima barba: micāt oculi: stāt cornua fronte
Esurit: et sicco semp in ore sitis
Sudat: et in rorē facies ⁊ pectora currūt
Nulla quies: nulla est desidiosa dies
Ilia magna: femur validū: sine pondere venter:
Desinit in latos tibia lōga pedes.
Bile tumet: furit: intrātes clamorib⁹ arcet:
Vociferat toruū: multiplicatq3 minas:
Ut reor hoc prisci vates dixere mineruā:
Nam minuit vires: debilitatq3 labor.
Qui cupiūt igitur sanctos intrare recessus
Longa prius duro prelia marte ferūt.
Dicitur alcides Ericem qui vicit ab isto
Victus in herboso procubuisse solo.
Et nisi certātem ꝟtus miserata fuisset
Semp erāt sacrę limina clausa domus.
Ipsa fores reserās fesso totoq3 labantē
Corpore porrecta traxit ab hoste manu.
Huc veniūt homines ꝟtutis imagine ducti:
Sed refugit verso territa turba pede.

Hic opus est animis: et firmi pectoris ausu:
Vincit quē longę nō domuere morę.
Degeneres animi pmo in certamīe cędūt:
Nec pudet expelli: nec dare terga fugę.
Limen ad hoc falco pugnare viriliter ausus
Obtinuit fractis regia tecta seris
Hicq; diu doct⁹ delubra subiuit honoris
Victor. et immēsas inde recepit opes.
Sicut aristeus post victi prelia monstri
Repperit occiso dulcia mella boue.
Et quoniā pauci superāt hęc atria: paucos
Falconi reperit curia sancta pares.

Jn falconem

Unde magistrat⁹ falco tibi gloria tanti:
Quos aluit virtus magnificauit honor.

Jn eundem

Pulsa redi virtus reuocat te libera roma:
Nam patrię falco regnat in vrbe pater.

Jn eundem

Est alias falco superat qui cęde volucres;
Hic alios meritis ꝛ pietate viros.

Jn eundem

Praxiteles sculptor. vates maro: pictor apelles:
Herbipotēs chiron: belliger hector erat:
Music⁹ Amphion. Tiphys nauarchus: apollo
Fatidicus: mars vi: maxim⁹ arte si non
Gnosiacis Alcon iaculis clarebat ꝛ arcu:
Mercurius linguę munere: castor equis:
Automedon currus moderatur. Aranea telam:
Artifices pallas: luna bicornis aquam.

At cōmune bonū Christiq; negocia falco
Curat: et hac illi culmen in arte datur.
In Eundem.
Desipiūt Romā qui degenerasse fatētur:
Romuleos falco laudibꝰ equat auos.
In Eundem
Jam Romana satis tuto ratis equore fertur:
Nam pelagus falco remigiūq; tenet.
In Eundem.
Cur est pulsa fames. Rome cur bella quierūt?
Quod cererem falco: temperat atq; iouem.
In Eundem
Arma placēt aquile parit aurea secula falco
Ciuibꝰ: hic christo millitat: illa ioui.
In eundem
Omne quirinali scelus eijcietur ab aula:
Limen enim falco pontificale tenet.
In eundem
Quid gemis amissas aquilas priscūq; decorem?
Roma: tuus falco te reparare potest.
Roma me os inq̄t vexat discordia ciues:
Nec ratio sed iam viuit in vrbe furor
Iste meus nulla dolor est sanabilis arte:
Deridet medicas ista podagra manus.
Nō si p̄teritos reuocet noua purpura reges:
Non si Cesaribus. Consulibusve daret.
Falconem fateor si spes foret vlla salutis
Forsitan erumnas posse fugare meas.
In eundem
Quid tibi moecenas quod sis sub cesare falco

Proderit: exclusus si sit ab urbe maro:

In eundem.

Quosdam thraicios audiuit Roma loquentes:
Palluit ultores credidit esse gothos.
Tūc ego: dum falco dum regnat Acacius inq̃
Roma sede: et nullo sollicitare metu.

In eundem

Auget opes alius Romę: studet alter honoris:
At studium falco relligionis habet.

In eundem

Cur populo semper domus est falconis aperta:
Quod sit honestatis iusticięq; domus.

In eundem

Sceptra tenet falco. Romana catonibus aula:
Paret: in assyrios sardanapalus erat.

In eundem

Aurea falconis virtus est sidere maior.
Non metuam rutilę flāmea monstrā comę.

In eundem.

Uidimus assueto priuatum lumine solem:
Pallida turbato vidimus astra die.
Uidimus horrendos criniti sideris ignes:
Et grauis attonito regnat in orbe pauor.
Non ego defectum phoebi te sospite falco
Non metuam fulmen terribiles ve comas.
Non metuam terrę motus: non ęquoris ęstum:
Non canis ęstiuo cum furit igne sitim.
Scimus enim quoniam deus est pietatis amator.
Ventura auspicio prospera cuncta tuo:

In eundem.

Innumeros phoenix: et phoebi nūcius annos
Uiuit: amadryades tpa longa dee.
Secula tot ceruus: tot viuit secula cornix.
Ast hoim paucis vita diebus abit.
Recte igitur falco maior tibi cura dierum:
Quam sit opum: redit es: nō redit vlla dies.

In eundem

Est tibi diuitijs ꝟtus ⁊ honorib⁹ impar:
Cur dat inequali premia lance deus?
Premia virtutū non sunt mortalia: tanti
Nemo voluptates diuitiasve putet.
Est tibi supremo melior thesaurus olympo:
Unde tui merces tota laboris erit.

In eundem

Diues es: at croeso longe locupletior esses:
Si meritis hoim diuiderentur opes.

Ad Eundē de ꝟtute sapphicū carmen

Cum deus magnum fabricaret orbem
Et polos alto sinuaret arcu:
Jussit eterna rutilare pulchrum
Lampade solem.
Jussit ⁊ lunam dubia micantem
Luce sublimes agitare currus
Et per obscuras aliena ferre
Lumina noctes
Aureis coelum variauit astris
Que per ingentes reuoluta gyros
Fata dispensant: humilisq; terre
Regna gubernant.
Aeris tractus auium canoris

Cantibus: terras nemorum virenti
Fronde: diuersis decorauit altum
Piscibus equor.
Tunc ad argutos philomela cantus
Guttur aptauit: didicitq; voces
Psitacus nostras: nituit superbo
Tergore pauo
Barbaram citrum preciosus atlas
Ida funebrem peperit Cypressum
Pelion Quercus solymę tulerunt
Balsama syluę:
Et tagus fuluo nociturus auro
Fluxit: et croesi viridem per oram:
Lydius cursu properauit hermus
Inuidioso
Tunc per humentes pelagi meatus
Squamea cinctus populi caterua
Post suũ fluctus equitauit altos
Prothea delphin.
Sic deus coeli maris atq; terrę
Fecit ornatum: tamen ad decorem
Mentis humanę magis applicauit
Artis acumen.
Mens enim summo nimium parenti
Chara: pro vitę sapienter actę
Premio: mundi fuit in beatum
Limen itura.
Dumq; ei cultum dare singularem
Cogitat: pulchris Areten capillis
Forte prospexit spaciosa solam

Ire per arua.
Nanqꝫ flammantis meditans olympi
Lumen: et cursus Arete volantes
Nomen aptabat numerumqꝫ claris
Addidit astris.
Iam maris fluxum tumidosqꝫ fluctus
Norat. ꝛ quare tremebunda tellus
Fluctuet: quare iaculetur aer
Nubilus ignes.
Norat ꝛ linguas hominumqꝫ mores:
Et quibus falli solet ꝛ refelli
Ueritas tecto male nota vultu
Norat elenchos.
Fecerat nostrę documenta vitę:
Et quibus cœli peteremus arcem
Sortis humanę miserata casum
Fecerat artes
Hanc deus menti comitem ducemqꝫ
Fecit: vt casus patienter omnes
Ferret: et nullo scelerum tumultu
Deijceretur.
Ipsa nos duros vocat in labores
Nec dies nobis sinit ociosos
Hoc ait nostros petijsse cœlum
Calle parentes.
Ipsa falconis comitata gressum
Fecit vt duros tolerans labores
Iret ad summum decus atqꝫ vitam
Labe carentem
Ipsa falconis vigilanter aurem

Vellat: et nostri memorem negocii
Reddat: ut portum breuiore cursu
Cymba subintret.

In eundem de virtute

Mens ꝟtutis inops: mare piscib⁹: alite coelū:
Siderib⁹ mundus: gramine terra carēs.

In eundem de virtute

Pyramides Nili: pharos insula: iuppiter amon
Mausoli ꝛ triuię marmora celsa deę.
Regna Semiramidis. Romana palacia iunge
Si placet: et solymi templa superba dei.
Talia simplicitas hoīm miracula dixit:
Qui nisi terrenas nil speculātur opes.
Nec lapidū moles cęlataqꝫ saxa fuere
Quę grauis eximia fecerat arte labor.
Longa dies marmor solidū contriuit: et ęra:
Temp⁹ enim dura singula fauce terit.
Maius opus ꝟtus: quā nec dissoluere possunt
Tempora: nec rauco fulmia pulsa sono.

In eundem de ꝟtute

Plurima ꝟtuti laus hic: at pręmia nulla:
Nam deus illi⁹ pręmia solus habet.

In eundem de ꝟtute

Eximię claros cur ad ꝟtutis honores
Et humili plures vidim⁹ ire loco:
Pauperib⁹ virtus quia sit sine dote maritis
Nubit: habet grandes sors opulēta viros

In eundē de formoso ꝛ studioso

Iuncta venustati ꝓbitas iuuenilis in auro
Candida purpureis lilia mixta rosis:

Additus in calatho violis amaranthus eburno:
Et cũ purpureo medica mala croco.
De deformi studioso.
Abdita deformi virt⁹ sub corpis antro:
Tecta cauernosis attica mella fauis.
Rex in veste rudi: lutea thesaur⁹ in vrna:
Fagina gẽmato dactylotheca sinu
De pulchro ⁊ vitioso
Forma. mephitifero polluta libidinis vsu:
Picta cadauerib⁹ plena sepulchra nouis.
Foeta venenosis argẽtea vasa colubris:
Oblita tartareo lactea gẽma luto.
De deformi vitioso
Improbitas animi deformib⁹ addita mẽbris!
Virus in obscœno triste nocẽsq; cado.
Frigida limosus inclusa paludib⁹ hydra:
Turpib⁹ in lustris dente superb⁹ aper.
In Eundem de virtute
Alcides lapythas: indos deuicit Iachus:
Isthmiaco iuueni prȩda chimera fuit.
Pelleus babylona labor tristemq; Darium
Vicit: et isiacas mẽmoniasq; domos.
Aesonides fuluũ vellus: danaca propago
Gorgoneos angues ȩquoreamq; feram.
Cȩsaris occiduo veniũt ex orbe triũphi:
Scipiadȩ libycos perdomuere lares.
His ȩterna dedit laudũ prȩconia virtus
Maior. et immẽsum fortia facta decus.
Ardua res vicisse alios victoria maior
Est animi fluctus composuisse sui.

Subiecisse metus: et debellasse timores:
Gaudia spemq; graui supposuisse iugo.
Proptéa longe maior tua gloria falco
Surgit: et armatos vincis honore duces.

Cur boni viri posthabeantur.

Sponte malos homies: et noxia gramina nutrit:
At melius semen ferre recusat humus.
Mitior est ꝓpriis: alienaq; pignora semper
Tractat inhumana dura nouerca manu.
Vir bonus est coeli: mal⁹ est telluris alumnus:
Quos igit̃ coelum diligit: odit humus.

De cõmuni leticia in magistratu falconis

Fusca prius quare fulgẽt candore niuali
Atria: et albẽtes explicat aula sinus:
Cur dom⁹ exultat: molles cur leta coronas
Induit: et multa ianua fronde viret:
Barbara cur nitidos velant aulea penates:
Aurea cur pictum signa lucunar habet:
Roma senes alacri cui nam venit obuia pompa:
Quo ꝓperat celeri tota iuncta pede:
Thybris ouans gestit: sicut gestiuit olympus:
Cum rediit victo iuppiter Encelado.
Hec ego dum meditãs tacito sub pectore voluo
Concita vox aures impulit ista meas.
Fortunam superat ꝟtus: prudentia fatum:
Curat honestatẽ iusticiãq; deus.
Ista viris grauib⁹ fecit populoq; quirini
Falco magistratu gaudia tanta suo.

Ad Philippum baueriam.

Turbida nũc vrsos clamat nũc Roma columnã.

Esse quid attonita pacis in vrbe potest:
Et nisi falconis scirem me mime tutum:
Jam mea populifer cerneret ora padus.
Proptēa diui repetes cum limina petri:
Ne fluat in longos fac mea causa dies.

Ad falconem

Cum deꝰ extructo terras inuiseret orbe:
Cunctaq̧ de veteri cernēt orta chao.
Naturę ex vtero traxit duo pignora: quoꝝ
Nutibꝰ humanę diuiderent opes.
Virtutē sortēq̧ vocāt: temeraria sorti
Frons fuit: at virtꝰ casta modesta proba
Mentis inops orbāq̧ ferēs sors lumīe frontē:
Justiciā nescit: cōsilioq̧ caret
At virtꝰ grauis: ęqua sagax innoxia verax
Pondera mensuras corrigit ꝛ numeros.
Qđ iubet vtilitas ꝓtus: qđ poscit honestas
Pręstat: inaudita nil rōne facit
Sors antē quicq̄d pręceps sine lege libido
Suggerit: instabili datq̧ adimitq̧ manu.
Ipsa sibi satis est: ipsa est sibi p̄mia virtus:
Sors est p̄ter opes ꝛ sine honore nihil.
Has sibi: qđ nemo potuit sine numīe: tandem
Eualuit falco conciliare duas.
Nec miꝝ. qm̄ quisquis veneratur olympū
Ipse sibi coelos subijcit atq̧ deū.

Colloquium inopū de falcone.

Dixit inops inopi sacram Laurētis ad ędem
Quid facis ad florę tristis inersq̧ foꝝ:
Dum mea: r̄ndit: tractare negocia tento

Expilor assiduis quottidie aucupijs

Aes perijt: nec hȝ finem reꝝ vlla meaꝝ

Quid faciā infoelix: vnde precabor opem:

Obtinet expulsa ꝓbitate pecunia Romā

Nec de⁹ in tota possidet vrbe locū.

Quot homīes Romę tot eunt ꝑ compita fures

Quos ve canes speras experiere lupos

Ji lacedęmonij: scythiam petiere quirites:

Nam lacedęmonij furta licere putāt.

At scythię populi damnāt: grauiterqȝ mināturꝰ

Ut mos cōsulibus cęsaribusqȝ fuit.

Omnib⁹ esse lupos licet in regione lupoꝝ.

Inter pygmeos nō pudet esse breuem.

Desipis alter ait: fugat hęc opprobria falco:

Nec sua sub tali sęcula labe finit.

Sta pete falconē: sine re sine munere vinces:

Ois ab hoc saltē fraus alieno viro est.

In Falconem

Nuper ab exquilijs quosdā descēdere lętis

frontib⁹: et lento vidim⁹ ire pede.

Dumqȝ meos eadem fero ꝑ vestigia gressus:

Et sequor ęquali pręuia terga gradu.

Audio miscētes cōcordib⁹ ista loquelis:

Uerba: decem breuib⁹ subijciēda modis.

Uidim⁹ antiquę specimen ꝟtutis in vno:

Et fabium curiū fabriciūqȝ viro.

Cęsareos aīos: cum relligiōe catonis

Attilijqȝ fidem cū pietate Numę.

Uidimus ardentē christi ꝑnomīe petrum:

Et celebrem pauli vociferare tubam

Eloquiũ marci demosthenis atqꝫ salusti:
Et geminos: magna cũ comitate: brutos.
Cõtinet hos oĩs sancto sub pectore falco:
Idqꝫ qđ est falco plus habet oĩbus his.
¶ Ad. D. falc. de morte philippi bauerię querimonia:
Maxime vir: patrię pater: et mea gloria falco:
Impulit in luctus me noua causa nouos.
Tristor. ⁊ in tenebras lucẽ vertere dolores:
Nec mihi nocte datur: nec mihi luce quies.
Baueriam rapuit pestis Romana philippũ
Perdere tam sanctũ mors fuit ausa caput.
Inuidia mors siquid miseris videt vtile terris:
Insidiatrices mittit ad arma manus
Cur venerãda mori ꝑmisit pectora ꝟtus:
Cur homini nõ est auxiliata suo:
Et deꝰ: ęterno ꝓbitas cui foedere iuncta est:
In cineres talem cur sinit ire virũ:
Quot mala qt clades hęc tãta licẽtia mortis
Attulit indigno qt premit ora situ:
Conqrimur: nec fert aliquẽ querimonia fructũ
Quottidie querimur: quottidie rapimur.
Si perimat sęuos: hominũqꝫ cruore madẽtes
Justius: et lõge mitius esset opus
Si cadat euristheus aliqs si infidus olysses
Nõ est qui facinus nõ putet esse pium.
Iste nec immiti tractabat spicula dextra:
Nec seuũ rigidi martis amabat opus
Arte regẽs acres sicut theodosius iras
Mitis: et in nullos ore molestus erat.
Omnibꝰ innocuus: casu trãquillus in omni

Nec tñ ignauo segnis inersqꝫ metu:
Iste dioneam venerē: bromiūqꝫ subegit:
Votaqꝫ lasciuę somniculosa gulę.
Fecerat hospiciū casto pia mēbra pudori
Sicut iosephus: sicut ⁊ hippolytus.
Nō erat elatꝰ: nec inani deditus aurę:
Qualis tarquinꝰ: qualis et Ancus erat.
Ipse suas cunctis opas donabat amicis:
Officio tota sedulitate vacans.
Si qñ vacuū tempꝰ superesset habebat
Siue deus totos siue minerua dies.
Languida nec fecit tardos ignauia sensus:
Nec vitā coluit sardanapaliacam.
Peruigil ad mores aīm reuocabat honestos:
Mensqꝫ erat ad curas ingeniosa pias.
Inuidię nunq̄ꝫ potuit tabescere morbo
Nec dedit atroci corda cremāda foco.
Totꝰ erat pietas: totꝰ clementia: totus
Et sine fraude fides: et sine labe pudor.
Nō erat argēti cupidus: nō ebrius auro:
Solum animi veras accumulauit opes.
Fortis: et a recto nulla reuocabilis arte:
Quale Numę pectus: quale catonis erat.
Nō labor a rebꝰ iuuenem reuocabat agēdis:
Gaudia sudor erat: cura leuamen erat.
Ipse erat irato cōmunis ab ęquore portus:
Ipse erat in placido remus ⁊ aura mari.
Nec dum bisdenos qui transegerat annos:
Et tam diuitibꝰ mens erat aucta bonis:
Quod longis aliqui vix eualuere diebus

Ille breui prudens tempore factus erat:
Non expectauit canos matura senectus:
Ante senem senuit: vir fuit ante virum.
Quis lepor. et latię fuerit quę gratia linguę
Quę docuit tellus romula testis erit.
Testis erit locuples nostri pomponius cui
Gloria: de cuius plurima fonte bibit.
Hic: si cōtinuo rerum senuisset in vsu:
Isset ad heroum semideumq; decus.
Notus erat dirceus ager potauerat vndam:
Quę subito vates hausta dec sęq; facit.
In viridi grauitas lętoq; modestia vultu
Grata verecundi signa pudoris erant.
Cur fuerit virtus tenero tam clara sub euo:
Causā: velut passim dicitur: ista fuit:
Nam per olinerij vestigia sancta carafę
Assiduus coeptum continuauit iter.
Adde quod herebat lateri fálconis: et ista
Integritas ex his tracta duobus erat
Nam iuuenis mores a cōuiuentibus haurit:
Et calet admoto frigidus igne liquor.
Hi sunt romulei duo sidera magna senatus
Unde bonis lumen: pręsidiumq; datur.
Iure igitur fratres fratrem defletis ademptum:
Tuq; parens ventris pignora sancta tui.
Heu perijt generis proles clarissima vestri:
Heu cecidit vestrę gloria tanta domus.
Sed memores estote pias in sidera mentes
Ire: nec infernos posse subire lacus
Uiuit in etherio: quem nos hic flemus: olympo:

Et gaudet luteas deseruisse domos.
Deseruisse graues resoluti corporis artus
Gaudet: et in superum transiliisse choros.
Horriferam mortem: viuis que maxima poena est
Transiit: elysiis perfruiturque locis.
Nos quoque lugubri flemus tua fata philippe
Carmine: decessus ingemimusque tuos.
Tu mihi tractanti romana negocia semper:
Assiduas operas: auxilium que dabas.
Tu mihi solamen: miseris tu in rebus asylum:
Tu vada. tu venti. tu mihi portus eras.
Tu mihi fecisti. mea dum preconia narras.
Egregios inter nomina clara viros.
Propterea quotiens sacras accendimus aras.
Suppliciter pro te mystica dona damus.
Tu quoque spiritibus. quorum tibi copia. sanctis
Mutua pro nobis vota precesque dato.

Pugna virtutis et fortune

Ebria virtutem fortuna lacessere nuper
Coepit. et huc bellum dicitur orsa modo.
Cur latitat: vanaque tegis grauitate timorem?
Si sapis vt iactas. et potes. arma cape.
Te iuuat obscuris nugas excudere tectis.
Semiuiros inter foemineosque choros.
Tu tibi sola places: sine te nihil vtile dicis
Et populum ficto decipis ore rudem.
Vis phoebea tuis oracula cedere dictis.
Et somnos hebetes desidiamque doces.
Ast ego sublimes animos ad sidera mitto.
Et decoro gentem nobilitate meam.

Regna mihi subsunt ⁊ opes et purpura regū:
Et patiř leges terra fretūq; meas.
Tu me stulticię: tu me leuitatis vbiq;
Arguis: et nomen polluis ore meū.
Efficiā ne te defendat inertia posthac:
Si sapis vt iactas: et potes: arma cape.
Nec lateo dixit ꝟtus: nec prelia quero:
Nec fugio: leges cōsiliumq; sequor.
Si ratio poscit pugnas: interrita pugno:
Si pacē prefert: ocia pacis amo.
De pietate loqui de relligione deoq;
Ad gen⁹ omne iuuat: nam gen⁹ omne rogo
Recta placēt nobis: rōne carētia nunq̄.
Et populū tali fallim⁹ arte rudem.
Nō phoebea meis: verum tua cedere dictis:
Plena volo obscenis dicta libidinibus.
Ipsa leues aīos in tartara mittis: et omni
Dedecoras gētes impietate tuas.
Preficis indignos: et regna latronib⁹ imples.
Subq; tuo luget terra fretūq; iugo.
Nec te stulticię: nec te leuitatis vbiq;
Arguo. tale tuū dat tibi nomen opus.
Efficiem certe ne me experiaris inertem:
Efficiam gladio confodiare tuo
Desine deceptrix hoīm fortuna minari:
Nouimus ⁊ mores ingeniūq; tuū.
Fas ⁊ iura times: pro legib⁹ vteris armis:
Nec pudet insontes p̄cipitare viros.
Te duce Romani maduerūt sanguine reges:
Et pleriq; sua procubuere manu.

Bella moues: nec scis motos sedare tumultus:
Sepius accēso territa marte fugis.
Nouim⁹ ad Trebiam: Cannas trāsimenaqꝫ arua:
Stulticię vires cōsiliumqꝫ tuę.
Te rupes tarpeia canit: canit Allia laudes
Et gothus ⁊ fusco vandalus ore tuas.
Aestiferꝫ ęquiperas nimbū: qui murmure multo
Surgit: et excussa languet inanis aqua.
Falconē quotiēs forteqꝫ insana robertū
In sordes ausa es paupertieqꝫ dare:
Cerne locis vt nūc niteat sublimib⁹ inter
Purpureos patres armigerosqꝫ duces.
Hi sunt q̄s vesana fugas: cogisqꝫ subire
Et terra ⁊ vasto lōga pericla mari.
Alter ad oceanū finesqꝫ recurrit iberos:
Dum fidei debet p̄mia ferre suę.
Alter in alpinis niuib⁹ ligurūqꝫ p agros
Viuit: et ad celtas ad senonesqꝫ fugit.
Et quia militię titulis excellit: et omni
Laude nitet: duplicem foedifragūqꝫ vocas:
Quis sit ⁊ eximię q̄ sit prudentia frōtis
Constat: et hoc victi nō tacuere duces.
Nos experta potes quę nr̄a potētia nosse:
Et qua conatus frāgimus arte tuos.
Disce viros fortes: et pectora sancta vereri:
Atqꝫ meū cessa dilacerare genus.
Vecꝫ adeo leuis es: tantisqꝫ furorib⁹ ardens:
Ut nequeas irę vim cohibere tuę.
Qui pinxit lycium voluit te pingere montē:
Dum variam fingit multiplicēqꝫ feram.

Ora leonis habes: q͛ primū pectora fastu
Tollis: et audaces mittis in ora sonos.
Hircus olens venter: q͛ q̄s extollis: in oēm
Desidiā proni luxuriāq͛ ruūt.
Nō opus exēplis: q͛z mihi copia maior.
In libyca q̄ sit copia farris humo.
Ultima ps serpens: q̄m de crimine virus
Nascit͛: et vitiū dira venena parit.
Conscia mens culpę taxos aconitaq͛ mandit:
Semp et in tenebras suppliciūq͛ cadit.
His accēsa grauem rapuit fortuna pharetrā:
Et celeri torsit spicula multa manu.
Uoce manu gladio iaculis cursuq͛ fatigat:
Et circūducto strenua pugnat equo.
Fixa manēs eadem insistit vestigia ꝓtus:
Nec timet insanā pręcipitēq͛ feram.
Aegida nam rapidis chalybū fornacibꝰ vstam:
Et solido clypeos ex adamante gerit.
Frustra igit͛ fortuna truci superintonat ore:
Atq͛ leues circūfertq͛ refertq͛ gradus.
Sęuit inutiliter ceu cū graue sibilat oestrum
Obuolitās taurꝫ cornupetā ve bouem.
Dum videt incassum se mittere tela ꝑ auras
Infremit: et crebro verbere pulsat equū.
Dum furit incaute. missisq͛ vagatur habenis:
Decidit: et fracto gutturis osse perit.
Marmoreo comites moestę imposuere sepulchro:
Et suꝑ hoc quidā carmen inesse ferūt.
Hic iacet insani numē mutabile vulgi
Lege carens: sola mobilitate potens.
Arma capit Jani variasq͛ ferētia fruges
Cornua: cum clauo quo vada nauis arat.

Tūc ait ex media quidā sine nomine turba:
  Qui varias sortis nouerat ante vices.
Fidite ꝟtuti: fortuna fugacior vndis
  Nō manet: et certam nescit habere domū.
Gaudia dum simulat: subuertere cogitat orbem:
  Insidias ridens exitiūq; parat.
Propterea vasis Agathoclea legimꝰ vsum
  Fictilibꝰ verso dum timet orbe premi.
Discite q̄s sursum voluit rota ponē fastus
  Trudet ab excelso vos mora parua loco.

¶ Ad eundē q̄ heroico carmīe dicendū sit

Falco quirinalis decꝰ immortale senatus
Quo duce restitui possent labētia Romę
Mœnia ⁊ illustres iteꝝ sperare triūphos
Dūmodo nostra tuas elegia reponē laudes;
Pergit: et exilem dispgit arundine cantū:
Ecce cothurnato gradiēs heroica passu
Musa meū derisit opꝰ: quid talibꝰ inquit
Joniū remis audes tranare profundū:
Dic mihi nō Sulmo: nec inerti nauita versu.
Claudicet: huc opꝰ est adsit vel smyrna vel Andes.
Nam neq; penelopes curę: nō hippodamię:
Nō danaes plorandꝰ amor: non vulnꝰ elisę:
Parua decēt humiles: puo breuis hydria fonti
Cōuenit: et puis satis est breuis vtribꝰ aura.
Vel pedes incedit media de plebe viator.
Vel querulo vehiť plaustro: vel paupe cymba.
Magnanimis rex magnꝰ equis curruq; supbo
Fertur: et audaces sulcat ratis ardua fluctus.
Magna decēt magnos: magno latonius arcu
Vtitur: ingēti mauors accingitur ense:
Immēso tonat igne pater: maiora putatur
Surgite sub vitreo gestare tridentifer arma:

Huc igitur phoebea cohors phoebea supellex
Plectra lyreq; volēt: et sacri gloria fontis.
Huc pluat Eurotas: huc oīa phocidis arua
Certatim gelidos latices ꝛ lactea mittāt
Flumia: lauretis variaq; virētia fronde.
Nō sit in ionijs regio sine vocib⁹ oris
Nō sine laude nemus: nulli sine carmīe fontes:
Illustres falconis auos cātate/ piamq;
Primęqui generis prolē clarosq; nepōtes.
Ipse q3 altisono tollat ad ęthera cantu:
Cuncta sonēt heroa nouū quē rector olympi
Diuoꝝ ascripsit numero: qui carcere liber
Corporeo implebit de sedib⁹ ętheris vnam.
Dicite: et illustrem trans ęquora mittite famā:
Audiat hęc tanais: mirētur iberica regna:
Et pelusiacas carmen referatur ad aures.
Et didonis ager romanis ęmulus aruis
Audiat hęc: trepidetq; iteꝝ Romana reuerti
Classica: et ausonijs iteꝝ dare mœnia flāmis
Scipiadas iteꝝ metuat: dum talib⁹ audit
Nunc q3 Romuleas habitari ciuib⁹ arces.
Trāseat hęc arabes nigros ea fama per Indos
Et repetat scythicos ꝑ seria regna colonos.
Palladias artes rimatus in oīa venit
Pphoebeę secreta dom⁹ primordia nostri
Fontis: et ęthereām penetrauit lumīe molem.
Sępe meduseis facūda liquorib⁹ arua
Abluit: et nostris diues remeauit ab oris.
Ipse iubet passim sanctos adolescere mores:
Priscaq; coelestis renouat vestia vitę.

Nec pessum sinit ire pios: in egena parētes
Compita fert loculos ꝛ in agmina seminat auꝝ.
Ferreus ad Romę populiqꝫ negocia nunqꝫ
Flectitur: et palmę similis quę pondere pressa.
Altius extollit ramos: oneriqꝫ resistit.
Strenuus ꝛ solers et frāgi nescius ira:
Propositi fideiqꝫ tenax: sine munere nullos
Pro ꝟtute fugit: pro relligione labores:
Qď nisi falconis quicqꝫ de laudibꝰ aufert
Liuor. ad excelsos veteꝝ se extollet honores:
Nec sinet extingui gētis monumēta latinę:
Et sua viuaci decorabit secula laude:
Inqꝫ dies vestros rediisse videbitur ętas
Aurea: et antiquę surget ꝟtutis imago.
Perpetuis igitur circūdate tpa sertis:
Et lauros hederasqꝫ ferat frondēqꝫ mineruę.
Hęc ait: et ridens elegos humilēqꝫ poesim
Et caput auertēs indignabūda recessit;

¶ Finis

¶ Fratris Baptistę Mantuani. Tria opuscula. Dauentrię impressa Per me Richardū pafraet. Anno domini. M. CCCCC. Decima Aprilis.

Carmina de beata virgĩe Maria que ⁊ parthenice dicuntur:

Carmina de beata virgine.

Fratris Baptistę mantuani Carmelitę Theologi ad Ludouicum Fuscararium et Ioannē Baptistam Refrigerium ciues Bononienses Parthenice Incipit fœliciter.

Ancta palestinę repetens exordia nymphę
Difficiles ortus: & formidata profundo
Incrementa Ioui: mores: hymeneaq; festa
Virginis: & sacri referam miracula partꝰ:
Actaq;: & acceptos mundi melioris honores
Sed neq; pierij fontis neq; phocidis vndę
Nunc vada sunt tentanda mihi: maiore camęna
Et maioris opus nunc est ope numinis: ergo
Tu mihi diua faue coelum cui militat omne
Quam trepidant herebi sedes cui terra fretumq;
Vota precesq; ferunt. nostro tu sola labori
Sis pręsens: operiq; tuo largita futuro
Pręsidium nostrę veniens illabere menti
Tu licet a nostro spacijs ingentibus orbe
Disiungare: suos quantum polus eleuat ignes
Non tamen humanos casus oblita: tuumq;
Nil pertesa genus: vigili mortalia cura
Suscipis & lachrymę tangunt tua pectora nostrę
Tu placidum terris sidus quod liberat omnes
A pelagi feruore rates. quod luce benigna
Saturni: martisq; graues eliminat iras.
Tu nobis elice: nobis Cynosura: per altum
Te duce vela damus portus habitura secundos
Tu mare: tu ventos: tu sidera cuncta: deumq;
Concilias: tu tuta salus: tu pacis origo

Tu commune bonum: generis tu gloria nostri
Huc ades: et ceptos presenti numine cursus
Dirige. et infirmam rege per vada cerula puppim
a Anna diu vanos secum plorauerat usus
Connubij: sterileq; thoruz tristemq; hymeneū:
Propterea duplicesq; manus: fontemq; supinam
Attollens: humili superos ita voce precata est
Numina: que regitis coelos. que voluitis astra
Uos penes est genuis omne boni: vos omnia rerum
Semina seruatis: gremium telluris inane est
Et sine fruge solum nisi sumat ab ethere vires
Siue per astrorum cursus: radiosq; calentes
Siue dei solo: qui temperat omnia nutu
Uenimus ad canos frigescentemq; senectam
Et nostre sine prole dies abiere iuuente
Longa infoelicis thalami consortia fine
Claudimus infausto vir pluribus exulat annis:
Conspectus hominum fugiens: domus orba magistro
Fluctuat amisso: ceu nauis in equore clauo.
Currimus in fatum: tacitisq; recedimus annis
Mortuaq; etatis pars est iam maxima nostre.
Pallida preteriti spacium mors occupat eui:
Quod super est expectat hians: iam plena meorum est
Terra cadaueribus: consanguineosq; sepulchra
Uix capiunt: soli steriles seruamur in omne
Dedecus. et certe breuis est foelicior eui
Conditio: primo deus indulsisse parenti
Creditur et fragili bene consuluisse senecte
Quom vetuit primos iterum decerpere fructus:
Et fruges gustare quibus produceret annos

Carmina de beata virgine.

Nam quid longa dies homini nisi longa dolorum
Colluuies. longi patientia carceris etas
Longior: est cursus vite labyrinthus: in ipsum
Ex vtero ingredimur per limina mortis abimus
Jam capulo instamus: nec adest: qui lumina claudat
Ossaue componat tumulo tepidisqz sepulchrum
Fletibus irroret. nobiscum it nota sub vmbras
Progenies: nec erit nostris: qui marmora signet
Nominibus: deserta domus tabescit: et istas
Longeui sudoris opes: quas legimus ambo
Pluribus obsequijs heres ignotus habebit
Nobiscumqz cadent nostri monumenta laboris
Cernite communes amborum numina curas:
Et seruate genus: cernant se in stirpe parentes
Et sua natorum videant in vultibus ora
Sint qui nos facie referant gestuqz nepotes
Progeniemqz suam nostro de nomine dicant
Sint qui nos proauos numerent et stemmata longo
Limite deducant: iterataqz nomina ponant
Pignora longeue concedite numina matri:
Que celebres ad vestra ferant altaria cultus
Pinguibus et priscum donis imitentur Abelem
Sepius a vobis hoc exorasse precando
Antiquas est fama nurus: et supplice voto
Collapsum genus atqz domos seruasse cadentes.
Sic alacer Sanson sic et formosus Joseph.
Sic puer Isacus satus est: et filius anne:
Qui primum liquido Regem perfudit oliuo
Talibus orabat sterilis: gemituqz sonoro
Crebra dabat longos inter suspiria planctus.

Audiit omnipotens: animumqꝫ in vota: precesqꝫ
Flexit: et infuso caluerunt viscera fętu.
Cępit et humanos paulatim sumere vultus
Semen: et in nostram sensim transire figuram.
Ut quom vere nouo tepefacta rosaria multę
Uestit frondis honor primum durescit in orbem
Folliculus: barbęqꝫ comam producit acutę
Mox inflare sinus tunicasqꝫ implere virentes
Incipit: et concreta diu sub cortice proles
Turget agens rimas tenues et vertice summo
Purpureas ostendit opes: rubicundaqꝫ labra:
Postremo quom pulchra suos aurora colores
Explicat et vitreum glomerant noua gramina rorem
Panditur omne decus: valuisqꝫ emissius apertis
Flos hiat: et lęto arridet venientibus ore.
Sic noua progenies ędero congesta parentis
Emersit non tota simul: sed singula certo
Discreuit formans opifex deus ordine membro
Cor prius: ex illo quoniam descendit in artus
Uitalis calor a pleno ceu flumina fonte:
Illic prima domus vitę: postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponit
Tum superum pater illius procul ire caducas
Iussit ab hospicio curas: habitacula dixit
Spiritibus dulcem qꝫ mihi seruate recessum.
Mox cerebri concreta domus: quę plęna pudicis
Creuit imaginibus castoqꝫ imbuta pudore.
Os roseum sine labe dedit: frontiqꝫ decorem
Sidereum: et lętos formę cęlestis honores
Ambrosiaqꝫ comas tinxit: mox libera pectus

¶ Carmina de beata virgine.

Protulit: in teretes humeri fluxere lacęrtos
Ramoſaſqꝫ manus: quas hac pater imbuit arte
Ut ſolos fierent habiles pietatis ad vſus
Hęc ſunt membra quibus diuinę mentis imago
Cernitur humanis animis impreſſa: quibuſqꝫ
Omne opus ęthereo dignum temtamus olympo
Inferiora magis pecudum ſeruare videntur
Naturam moreſqꝫ feros tamen omnia ſemper
Officijs habuit ſanctis accommoda virgo
Non tam multiplici diuorum munere non tot
Delicijs non tam grato pandora decore
Claruit aſcrei cantu celebrata poetę
Sic ope cęleſti q̃uis humana negabat
Materni ſoboles iniјt tentoria ventris
Omne quod excellens opus: ⁊ ſublime futurum
Difficiles ortus habet incrementaqꝫ tarda.
Sic iunco nemus alcydę ſic tardior exit
Populeis abies ramis ſic abiete pinus
Segnior: ⁊ pino longe viuacior Ilex
Et robuſta larix igni impenetrabile lignum
Nam magis opprimitur partu natura potenti
Pluſqꝫ opere impendit grandi ceu pondere preſſa
Plauſtra gemūt magis ⁊ magno ſub vomere taurus
Sudat ⁊ obluctans vires labor haurit onuſtas
Sic opus in longum differt finiqꝫ reſiſtit
Aſt vbi naturę diuum ſuperaddita virtus
Adiuuat vt remis lembus fugit actus ⁊ aura
Sic leuis ad metam prono patet orbita curſu

ſ Eo quia longęuam fecit diſcordia litem
Aſſimilemqꝫ iugi loris: quę gordius olim

Nexuit atq; iouis phrygii suspendit ad aram
Dedaleęq; domus errori pasiphaeo:
Conceptus ne sacer fuerit: vel sorde paterna
Illitus antiqui referam certaminis orsum:
Et sobolis nostrę infoelix repetetur origo
Quom pater humentes redigens incorpora glebas
Vitalem humanos auram spiraret in artus:
Ut noua progenies pugnam tuta iret in omnem
Ultra animi claras dotes & corporis arma
Iusticiam cęlestę decus superaddidit vnde
Et fati rigidas leges & funera posset
Vincere & ambrosia vesci summoq; potiri
Aetheris hospicio superumq; assuescere mensis:
Sed postq̄ veritas fruges & noxia mala
Vipereis decepta dolis admouit ad ora
Mox astrea domos hominem pertesa rediuit
In regnum sublime patris. miratus olympi
Tam celerem reditum dominus quare ĩquit ad arces
Siderias mi nata volas terramq; relinquis
Illa pater fallax hominem delusit imago
Dixit & a tectis egressa rebellibus adsum
Tum genitor meditans resecare piacula tanter
Fraudis ait careant post hac custodibus istis
Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.
Iusticia nudi discant sudare famemq;:
Et diuturna pati ieiunia: frigus: & imbres
Seruitium: & fati sortem experiantur amaram
Vexati sapientiocunda: & amabilis ęstas
Post brumam & ianos steriles gelidosq; decembres
Dulcior est: quid sint tranquillę commoda pacis

¶ Carmina de beata virgine.

Ferrea bella docent: homini labor vtile semper
Calcar erit segni: pigros rubigine sensus
Ocia corrodunt: sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat: ferrum si transit in vsus
Assiduo splendore micat vultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum
At si longa quies ierit fuscatur & atram
Vertitur in scabiem: celeriq; absumitur euo
Inter multa hominum fata infoelicia: damno
Non erit hoc minimo. tristem sperata superbum
Jam pręsens: amissa facit fortuna dolentem
Hęc pater: & mortem mox implacabile monstrum
Hactenus obuinctam textis adamante cathenis
Carcere disclusit cęcoq; emisit ab antro
Cui terris regna ampla dedit: pelagiq; per vndas
Atq; per aerios tractus. rarosq; per ignes
Quos phoebi germana sinu complectitur amplo
Et quędam scythicis chalybum durata caminis
Tela dedit: quędam lerneo infecta veneno.
Nec satis hęc: aliud telum lętalius addit:
Nam gladij rostrum: caudam trigonis aquosi
Qua quondam magno fatum intentauit vlyssi
Thelegonus circes vsus fatalibus armis
Pręfixit iaculis stygiaq; extinxit in vnda
Mox iecur exemit monstro: precordia bilę
Cęrulea infecit celeresq; innexuit alas
Hęc fuga iusticię nostris malą cuncta diebus
Intulit: hęc abiens nobis monimenta reliquit
Quę patres ab auis & nati a patribus omnis
In seriem mittunt per sęcula longa nepotum.

Hoc vitium prima veniens ab origine sumpsit
Fomitis et duri nomen crudele tyranni
Nam scelerum accendit flammas et colla superbis
Imperijs humana premit. cocytidas vndas
Letheosq3 amnes spargit stygiumq3 venenum
Hos superum facit immemores: curasq3 nocentes
Ingerit: his animos audacibus incitat ausis
His phlegethonteas iras inspirat olentem
Cyprigenam: fraudum matrem: cui cuncta veneni.
Nota ministeria et phoebeę carmina circes
Semper habet comitem: primę hęc discrimina culpę
Propterea magnum dixere promethea vates
Dum studet ętherels furari e nubibus ignem
In nostras traxisse domos morbumq3 necemq3
His igitur ne membra malis obnoxia sanctę
Parthenices essent ista pater obstitit arte
Ante tener sacra foetus q3 viueret aluo
Conceptus ne prima nouos ęxordia pullis
Induerent maculis mens ne syncera nitensq3
Communem imbiberet labem ne pigra liquore
Pectora letheo fierent: quę lactea magno
Pabula et amplexus fuerant latura tonanti
Semine confusas sordes et virus inustum
Discuit foelici anima imox imbuit artus
Sunt tamen audentes contra sentire: nec illos
Incusamus habent quo se tueantur: et olim
Ista hominum communis erat sententia: verum
Iam senio exangui frigens sua robora sensim
Perdit: et amissa iam maiestate recedit
Sponte sua: ceditq3 nouo latonia phoebo

¶ Carmina de beata virgine.

At quoniam sacre legis de fontibus hausta
Creditur: ex omni nondum est explosa theatro
Iudicio nec dum sancti damnata senatus
Qui vaticani Romana palatia saxi
Et piscosa regunt sulcantem cerula puppim
Sed prior vt nobis equum sentire videtur
Dignior est: & grata magis nato atq; parenti
Nam legi assurgens marie decus addit opusq;
Materna dignum attribuit pietate tonanti
Adde q; & multis fert adiumenta fidemq;
Roborat infirmam: nam nec venisse sub aluum
Sorde laborantem tali sublimia celi
Numina non nulli ingenio prestante putarunt
Religio maior: pietas animosior istam
Consumata fides legumq; peritia fecit
Altera verborum textum & fastigia tantum
Summa videns abstrusa dei mysteria nescit
Quod si siderei tanto splendoris honore
Fulget: vt eterno qui temperat ordine mundum
Gestarit gremio: lactauerit vbere. dulci
Strinxerit amplexu: summoq; vocarit olympo
Quare illam in nostras opus est detrudere sordes
Et turpi infestare luto: mortalibus equas
Cui pater ethereas mentes subiecit & astra:
Scrutandum potius si que preconia iungas
Eius adinuentas per plurima secula laudes
Nulli adeo viuax animi solertia nulli
Tam foelix aderit florentis gloria lingue
Vt marie possit laudes equare loquendo.
Que data sunt illi nunq; mortalibus vllis

Antea cocessit nec post concedet olympus
Quamuis creta iouichorybantia cymbala pulset
Festaqȝ tyrsifero celebrarit grętia patri:
Quot miseros pelagi nautas subtraxit ab vndis
Cum iam precipites fluctus aquilonis ⁊ austri
Viribus aduersis cęlo/ ęquarentur et ipsa
Transtra per effusi certissima fata tulissent:
Quot triecta graui seruauit pectora telo
Pectora. poenias: quę non valuere per artes
Restitui: nec opis nostrę poscentia quicq̃.
Quot qȝ etiam tetro squalentes carcere fractis
Ocyus obijcibus manicisqȝ resoluit ahenis:
Quot famis exhaustos macie vix ęgra trahentes
Membra datis cęlo dapibus miserata reduxit
Robur in antiquum viresqȝ refudit in artus:
Nec minus ingenti viciorum mole sepultos
Infixosqȝ luto et toto tellure iacentes
Corpore diuini lustrauit numinis aura:
Propterea totum surgentia templa per orbem
Illius immensam laudem regniqȝ perennis
Perpetuos fasces et fine carentia iura
In nostrumqȝ genus summum testantur amorem
Ipsa est aduersis commune in rebus asylum
Ante preces etiam nec dum obsecrata fauorem
Donat et ad miseros maternas explicat vlnas
Quid niuis ęstiuę pluuias: quid męnia dicam
Littore piceno impensis communibus orbis
Condita et adriaco transuecta cubicula ponto:
Quidue fluentinas ędes delubraqȝ donis
Aucta peregrinis referam: siculisqȝ sedentem

Carmina de beata virgine

Littoribus drepani molem: qua maximus olim
Cęlicolum & legis custos Albertus auitos
Aequauit patres: patriamq; accępit olympo:
Et custoditę ęternum pietatis honorem
Perpetuos igitur merito soluemus honores
Conceptusq; die venient ad templa quot annis
Orgia & ęterno Marię primordia ritu
Annuus ardentes cultus reuocabit ad aras
Tum pius hibernum chyron titana premebat
Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
Ibat olor: phęboq; suos cędebat honores
Quom fecunda sibi concepto semine mater
Diuinum illabi cępit sentire fauorem

e Tiam signiferum nouies instrauerat orbem
Lucida maturos soluens latonia partus
Conuenere nurus circumfusęq; iacenti
Mite puerperium matri: dextroq; rogabant
Sidere vitales fętum prodire sub auras
Lętior eoos proles hyperionis ardens
Alipedes iungebat equos: postremaq; sanctę
Erigones iam regna legens vicina coronę
Sidera & alcidem geminos qui interiacet angues
Ad superos nigro secum reuocabat ab orco
Portitor helleus nitido cum gorgonis ore
Stellatę dux noctis erat cum pistrice longo
Eridanus tractu claris lucebat in astris
Quom noua progenies foelicibus ędita fatis
Phoebeam primum lucem: mortaliaq; ora
Vidit & humanę transmisso limine vitę
Decidit in patriam luctus regnumq; laborum

Candida nascentem mox vt videre puellam
Omnia iucundo fulserunt sidera coelo
Arrisere poli summoqȝ auditus ab axe
Concentus: proliqȝ nouę poeana canorum
Argutumqȝ melos diui cecinere: paternas
Velarunt aulea domos: pendebat in illis
Longa patrum series: primiqȝ parentis origo
Et colubri delusa dolis stringebat eburna
Poma manu virgo: gladio paranymphus: ⁊ igne
Exilio damnabat auos. adolebat ad aras
Pinguia sacra puer flamma stridente: supinos
Tollebat vultus ⁊ numina sancta colebat
Annosiqȝ senes stabant cum prole columnas
Vnam perpetui de marmore roboris vnam
Fictilibus muris plastes formabat: aquarum
Flammarumqȝ minas contra quia nouerat olim
Ventura excidio terrę neptunia regna:
Vulcaniqȝ graues ęstus. puerile secutus
Obsequium senior quernę sub tegmine frondis.
Deplorabat auum cęco: quem fixerat arcu:
Et faber incudem feriens ⁊ follibus actis
Aera coquens: ferum varios conflabat in vsus
Sola mari in toto super alta cacumina puppis
Nabat ⁊ imbriferę pascebant ęquora nubes
Vitisatorqȝ pater miti delusus biacho
Monstrabat nudum pueris ridentibus inguen
Primus hic vndosum sulcauit nauibus ęquor
Quamuis prima ratis credatur Iasonis argo
Primus hic effossa vitem supponere terra
Cępit: ⁊ apricis mites de collibus vuas

Carmina de beata virgine.

Tollere: dirceco licet hec sit gloria baccho
Ardua terrigine volvebant saxa gigantes
Conati molem superis equare superbam
Lanigeras abraamus oves per littora pascens
Sacra dabat saxoqꝫ gemens pudibunda secabat.
Letior adducta medi remeabat ab orbe
Cum consorte puer: celiqꝫ ex arce pluebat
Sulfur: ⁊ etherijs ardebant ignibus vrbes
Bisseni patres longa cum stirpe nepotum
Pabulaqꝫ egypto servans presagus Joseph
Frigida defuncti referebant ossa parentis
Regna novis fugiens longe perterrita monstris
Trans mare pupureum nili ducebat ab oris
Dux animo vultuqꝫ pius magno agmine longum
Vulgus ⁊ erecti dirimebant equora fluctus
Ipse dabat sacros ritus: arcamqꝫ locabat
Legiferam: lateqꝫ arabum deserta peragrans
Jusqꝫ ferens populo sterili de marmore dulces
Eliciebat aquas: optatos arrida fontes:
Absorbebat humus: fugiensqꝫ in gramina flumen
Ibat ⁊ obliquo lambebat saxa recursu
Culmina pancheos tollebant ardua montes:
Turiferisqꝫ iugis herentia nubila supra
Igne deus fumoqꝫ latens in vertice summo
Scribebat lebis duplici nova federa saxo
Invisam superis gentem semenqꝫ superbum
Concava terribili tellus sorbebat hiatu:
Clamabatqꝫ ruens iam semisepultus abiron.
Impia sublimes vitulos statuamqꝫ bicornem
Turba deum mentita manus tollebat ⁊ ora

Strenuus indigenas populos abigebat Jesus
Parta suis ęquo permensus limite regna
Jnde senatorum turbam regesqꝫ togatos::
Atqꝫ sacerdotum seriem: partosqꝫ triumphos:
Bellaqꝫ et ętherio surgentia templa tonanti.
Et docti Salomonis opes: Roboamqꝫ superbum
Palladia textor filis intexerat arte.
Ezecię illustres morbos solemqꝫ reuersum
Et phętonteos versis temonibus axes
Ferre suos retro cursus iterumqꝫ relabi
Ostentabat opus longęua in sęcula ductum
Hinc Eleazarus diuina volumina regi
Tradebat phario. senibus distincta magistris
Tecta voluptates varias: diuersaqꝫ tempe:
Multiplicesqꝫ auium plumas: et carmen habebāt
Captiuam totiens gentem nunc ire tyrannis
Seruitum assyriis: iuga nunc ęgiptia ferre
Clausaqꝫ trans altos hominum tot millia montes.
Et templi euersas solimęqꝫ resurgere moles
Pendulą monstrabant picto velamina textu.
Quinqꝫ triumphales currus. et pręlia fratrum
Diuisum populi regnum postrema tenebat
Pars operis tanti: circum viuentia semper
Brachia tortilibus ramis fundebat Achantus:
Prima coronarunt redolentibus atria sertis
Graminibusqꝫ fores et limina summa virebant.
Perqꝫ vias famulę ramos sparsere comantes
Lęta dies egit festos vicinia passim
Tota puellari resonarunt compita cantu.
Ornabat roseo ridens cunabula vultu:

Carmina de beata virgine.

Dulciaqz attollens in matrem lumina virgo
Quom traheret dulces lactanti a pectore succos
Stringere complexu natam ferre oscula fronti
Non erat ausa parens: nec enim mortalis. in illa,
Humanus vedecor Sed erat celestis Jmago:
Aethereasqz vigor flammas & sidera vincens
Mira supercilij grauitas pondusqz venuste
Frontis: & eximia fulgentes indole vultus
Suspensas hominum mentes atqz ora videntum
Per longas immota moras retinere solebant
Non infesta fuit luctu non ebria somno
Sed vigilans risuqz genas ornata modesto
Nunc matri arridebat ouans nunc paruula tendens
Brachia vicino miscebat dulcia patri
Murmura. dixisses studio gestire loquendi
Temporis innocui nondum discesserat etas
Plenaqz iam docili formabat verba palato
m Os erat antiquis longum seruatus in euum
Aede puellares annos includere sacra:
Aetatemqz deo teneram: primumqz dicare
Virginee florem vite: & generare pudoris
Ingenui curam: sanctosqz inducere mores.
Mox vbi vestitum prima lanugine tempus
Venerat in thalamos ibant hymeneaqz tecta.
Coniuncteqz viris proli indulgere solebant
Proptera legum memores & moris auiti
Venturi solymam trina cum prole parentes
Deseruere solum: galileaqz nazareth arua
Floribus intextis & odoro gramine cinxit
Virginis ora parens: stellate lumina frontis

H[illegible] [illegible]nt coelo. teneroq́ in pectore clausum
[illegible] [illegible] erat: niueo tunicę talaris amictu
[illegible] [illegible]at humeri: quam circumtextus oliuę
[illegible] [illegible]s ambibat torques ad colla per imas
[illegible] [illegible]phium flexis palma ibat frondibus oras:
S[illegible] opus: moliq́ sinus variauerat auro
[illegible] [illegible]n erat ad magni templum sublime tonantis
E[illegible] [illegible]cunt ter quinq́ gradus de marmore viuo
C[illegible] [illegible]n porrectis curuabat prona lacertis
Se[illegible]ua manus summum ad limē latura puellam
Quom mox virgineo conceptum pectore numen
Affuit: ⁊ retrahens promptę sinuata ministrę
Brachia debilibus plantis: animoq́ vigorem
Addidit ⁊ supra ętatem fiducia creuit
Protulit audaces sublata cyclade passus
In sublime volans virgo: turbamq́ relinquens:
Sicut vbi multę volitant ad littora puppes
Ocyus illa subit portum. quę mole minori
Labitur ⁊ melius velis ⁊ remige fertur
Vertice iam summo magni penes atria templi
Stabat vbi ascensu fessos solata parentes
Risit: ⁊ ęternum curuato poplite numen
Cum nuribus venerata pijs in claustra recessit
Virgineę secreta domus fleuere parentes
Cognatęq́ nurus gemitumq́ dedere ministrę
Quando e conspectu vultus abitura nitentes
Vertit: ⁊ induxit sublatam in tecta sacerdos
t Res vna comites habitāt ęros: Elpora: Pistis:
Sidereus fronti quibus est nitor: aurea primę
Vestis ⁊ ardenti pictum face pectus ⁊ igne:

Carmina de beata virgine.

Ast aliam coeli vultus imitata serenos
Lena tegit: quam corda manus in texta supinę
Tollens sparsim variant: Toga pistios artus
Candida & ardenti niueo splendore coruscans
Nocturneq; fugans vmbras caliginis ambit.
Multa sinus & colla virens ornabat iaspis
Quę nigros abigit lemures vanumq; timorem
Prima patris summi stirps immortalis & ęuum
Non metuens: annis alię longaq; senecta
Interitum passurę olim quoq; cardine fixo
Per sua cessabit vestigia currere mundus
Parthenices istę venturę ad limina nymphę
Quattuor ęgregias secum duxere sorores
Pulchram Metrioten: phrenandreamq; pouettem
Viribus atq; grauilites componere doctam
Voce dicaspoliam: memoriq; futura videntem
Mente prometheam summo genus ęthere missum
Alta panomphęi subeuntes tecta tonantis
Ad marię thalamos famulam misere Siopen
Quę pręgressa citos vt mouit ad hostia passus
Clausaq; per tenues vigilare cubicula rimas
Vidit heras nutu vocat: ingressumq; ministrat
Iam nocturna quies operas manumq; labores
Clauserat & mollis per opaca cubilia somnus
Miserat extinctis pallentes ignibus vmbras:
Ipsa diem tepidę reparabat lumine testę
Primęuamq; patrum genesim: mundiq; recentis
Et noua monstriferę repetens miracula virgę
Noctis in occiduam prono iam vertice calpen
Insomnes taciti ducebat temporis horas

Oscula post ꝛ prima datq; iam verba salutis
Amplexusq; pios genus antiquamq; suorum
Progeniem ꝛ studijs quibus oblectentur ꝛ arte
Et varios mores diuersaq; nomina gentis
Ut docuere suę nostri vigilantius oris
Effigiem dixere alto sub pectore serua
Nam quędam hostiles nostris sub vultibus vmbrę
Humanas ambire solent ꝛ fallere mentes
Dumq; ita multiplices dant accipiuntq; loquelas
Clara per coos fluctus aurora rubebat
Flammaq; surgebat niueis argentea bigis
Luciferi gelidos spargens in gramina rores
Et cupiens prolem dulcesq; reuisere nidos
Garrula sub lucem modulos iterabat hirundo
t Um pater omnipotens ita compellare coęuos
Aggressus comites. regni quibus vna potestas
Quos rerum par cura tenet: nam nomina rebus
Plura tribus: tamen vna subest essentia simplex
Numina quę ęterno mecum regnatis olympo
Et quibus vnus honos: eademq; potentia mecum
Principio informem grandi quom corpore massam
Fecimus: ꝛ cęlum in latos sinuauimus orbes
Scitis vt a nobis animos ꝛ lumina vertens
Inq; suum conuersa decus propriumq; nitorem
Contemplata graui sub pallida tartara casu
Spirituum pars magna ruit quam sulfuris ardor
Sub nigris specubus tenet ęternumq; tenebit
Nec dum phoebus erat nec claro lucifer ore
Ante diem surgens primo rutilabat ab ortu
Nondum mane rubens pulchros aurora colores

Induerat: nec luna suos accenderat ignes
Cum modo facta cohors turpem meditata rapinam
Imperium nostri sperare audebat olympi
Propterea immensum scelus indelebilis error
Aeternum durat nec enim mutabilis illa est
Nature sortita genus: quo lapsa recessit
Fixa manet: quod mente semel complexa recepit
Inconcussa tenet semper: nec amata relinquit.
At neque nos illi vota ad meliora fauemus
Tunc hominem: meministis enim: qui flectere sese
Posset et a nobis animo verti: atque reuerti
Condidimus magni quo damna rependere casus
Fas foret et vacui complere sedilia celi
Et iam magna cohors hoim: quibus etheris arcem
Annuimus meret longas pertesa latebras
Exiliique rogat finem: sed debita primo
Pena vetat sceleri. vocat hinc amor inde reclamant
Justicie leges negat hec petit ille fauorem
Judicium veros decet et clementia reges.
Sed neque mortali poterit sata sanguine proles
Justicie placare minas et soluere nodos
Adde. quia a vanis terra est reuocanda deorum
Cultibus: atque deo iam seruitura triformi.
Non opus humanis tractandum viribus istud
Hoc opis est tautum nostre: qui condidit orbem.
Liberet. artificem: qui fundamenta locauit
Instaurare domum decet et sarcire ruinam.
Nate mei speculum vultus et mentis imago
Ars mea nate precor terras inuisse iacentes:
Atque tuis onus hoc hūeris hanc suscipe curā

Illa puellares inter pulcherrima turbas
Quę nobis totiensqꝫ manus totiensqꝫ supinam
Attollit frontem: ⁊ tota suspiria nocte
Ingeminat vigilans terrenis libera curis
Orta tibi est: illam non aspernabere matrem
Post vbi tempus erit lateri contermina nostro
Fiet: ⁊ ingentes mundi tractabit habenas
Cernis vbi modico surgunt capitolia saxo
Templa iouis falsi: mediam qua diuidit vrbem
Thybris ⁊ etruscos cum voluit in ęquora fontes
Illa tui sedes regni cum pulsa deorum
Turba tibi veteres aras ⁊ templa relinquet
Te libies asięqꝫ colent latissima regna:
Europę magis arua tamen:: tibi Roma latinę
Gentis apex: phębumqꝫ videns hispana cadentem
Doris: ⁊ algentem regio. quę sustinet arcton
Seruiet: atqꝫ nouo tellus lustrabitur imbre
Tunc tua cum proprijs iungent insignia reges
Et crux aereas signabat purpura turres
Me magis assyrię gentes: indiqꝫ arabesqꝫ
Atqꝫ palestinę populi nouere: sed olim
Forsitan et nostro lętabitur aphrica nexu:
Templaqꝫ spiritui ponet celeberrima sancto
Talibus omnipotens nato mandata ferebat
Nota salutiferę placuit sententia proli.
Nam quia mens eadem tribus est: eademqꝫ voluntas
Semper idem sentire omnis ⁊ amare necesse est
e Et locus ęmonię macedūqꝫ propinquior aruis
Orchomenum dixere tenet modo vādala pubes
Illic perspicuo vitrei sub gurgite fontis

Carmina de beata virgine

Ut perhibent olim dum dorcea regna manebant
Tres charites habuere domos dulcemqз recessum
He simul assumptis iuga: que piplea colebant
Mnemosyne natis primos liquere penates
Ornateqз comas hederis et virgine lauro
Assyrios petiere lares: iordanis et amnem:
Qui missus libano cyprium festinat in equor
Ut venere vadis lauere nitentibus omnes
Quicquid labis erat: venerandaqз limina sancte
Parthenices ingressa cohors ad mutua primum
Oscula: et ad dulces mox se vertere loquelas
Et tandem dextrisqз datis: et federe facto
Perpetuas illi se iurauere sodales
Et quocumqз iret comites dixere futuras
Jamqз vigil primam virgo preceperat artem
Atqз coloratas voces lingueqз nitorem:
Mensure numeriqз modos celiqз meatus
Et quas luna vias et quas obseruat apollo
Et quos mercurius trahat et venus aurea gyros
Et varias celi vires et nomina norat:
Namdum plebs iudea deo parebat olimpi
Sciuit iter: pueris etiam fuit agnitus ether
Assiduis veterum studiis. oracula diuum
Peruigiliqз legens cura: mosemqз piumqз
Esaiam: mestisqз virum: qui versibus vrbem
Plorat ab ingenio curas a lumine sommos
Sedula pellebat: paruo sua vota sacello
Supplicibus palmis narrabat et ore supino
Ocia nulla die carpens nulla ocia nocte.
Cura cibi: somniqз breuis: que pasceret artus.

Pauperibus mensis genium fraudabat et ora
Et castigato tollerans ieiunia ventre:
Carmina discebat: sanctiqz poemata regis:
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras
Sacraqz fatidico psallebat ad orgia cantu.
Quicquid habent sacrę diuina volumina legis:
Quicquid inest arabum libris lustrarat: et omnis
Graiorum annales: romanorumqz triumphos.
Et quantum latij fudissent arma cruoris
Punica: quot bellis rubuit naualibus ęquor:
Qui troiam petiere duces: quo milite persas
Rex macedum partosqz truces superarit et indos
Monstra quot Alcides domuit: quo remige cretam
Dędalus ad gelidas fugiens armauerit arctos
Et quibus adiutus pennis equus aliger auras
Presserit et dulcem plantis excusserit vndam
Hippoliti castos et bellerophontis amores
Illustres helenę raptus et phyllidis ignes:
Biblidaqz incestam curas et vulnera thysbes
Tarpeięqz dolos et gratam phorcida glauco.
Pomaqz cydippes orithyiamqz furenti
Sublatam borea clymenen ꝛ belides ausas
Cęde maritales thalamos implere piumqz
Pectus hypermestrę: versasqz in sęua virorum
Funera lemniades: hellen cinyreqz puellam
Tres quoqz sirenes et amasonas: ędipodęqz
Fata domus norat nymphasqz heroides omnis
Quicquid in his tumidum: quicquid crudele procaxqz
Et quecumqz pios non attestantia mores
Offendit damnabat: apes imitata legendo.

Nunc l ęnam pingebat acu nunc pensa trahebat
Serica ⁊ immissis per licia pendula filis
Uela sacerdotum sacros texebat in vsus
Terrenum nihil ore sonans inclusa: latensq;
Plena deo pectus: toti gratissima coelo
Non robusta nimis teneras neq; debilis artus
Incolumis morboq; carens non mole sepulti
Corporea sensus: crines caput ora sinusq;
Brachia colla manus postremaq; membra legarat
Solerti compage deus: promptissima menti
Ingenioq; acies atq; insuperabile robur
Neruoseq; animo vires semperq; voluntas
Justicię rectiq; memor moderamine certo
Discordes animę motus luxumq; domabat:
Qualis purpureo radians carbunculus ore
Obscuros inter lapides gemmasq; minores
Splendet harenoso qua tingitur India gange
Qualia syluestres inter pineta miricas
Quę tollunt sublime caput ramosq; comantes
Frondifer aemonias vbi pelion aspicit vrbes
Uel qua parrhasij surgunt iuga summa licęi
Parthenice mea talis erat: iam grandior ęuo
Jam socianda viro lucinęq; apta labori
Uirgineos inter cętus comitesq; puellas
f Esta dies aderat Solymi: qua diuite mensa
Pinguia sub viridi celebrant conuiuia fronde
Antiquę memores vitę: quom immite superbi
Imperium regis patres fugere per altos
Incolumes fluctus arabum deserta peragrans
Sub dio populus mensam ponebat ⁊ vmbras

Fraudibus obductis texebat ⁊ arbore cęsa.
Posteritas igitur casus imitata parentum
Sub ramis cenare solet cum septima luna
Imperat: ⁊ lampas claudit phebea coronam
Tunc igitur solymas arces: charamq; reuisens
Progeniem mater sic est affata puellam
Nata meo quondam Suauissima pondera ventri
Dulce patris summi donum mea summa voluptas
Postq̄ parua lares nostros: ⁊ limina nota
Liquisti: nunq̄ ne tuę te cura parentes
Ulla ne tę patrie mouit pietatis imago:
Optasti ne sinus nostros intrare: senemq;
Cernere: quem longęua grauant iam membra parētū
Debilitat vires: sensus obtundit amorem
Diluit: ⁊ nobis affert obliuia tempus
Ipse pater sacra postq̄ te clausimus ęde
Quottidie menses digitis percurrit: ⁊ annos
Hęc duo lustra putat duo sęcula: sustinet egrę
Tam longe tormenta morę iam vidimus inquit
Aequęuas Marię thalamos intrasse puellas.
Aspice: q̄ firmo surgat iam stipite laurus
Natali defixa die: iam brachia baccis
Uestit: ⁊ ingęntem ramis iam porrigit vmbram
Sic ait: ⁊ caderet paucis in fata diebus
Ni te forte suos paruum post tempus ituram
Credat in amplexus. dudum tibi multa parauit
Xenia: tu nostrę requies: tu sola senectę
Gloria: tu fesse producere tempora vitę:
Tu truncare potes: nec opum nos amplius ardor
Sollicitat: nec spes tangit resolubilis ęui.

¶ Carmina de beata virgine.

Sola places curasqꝫ leuas tu sola seniles
Sicut in occidui magnes ad Sideris astrum
Vergit ꝛ arctoo nunq̄ꝫ discedit ab axe
Sic solet innatos amoꝛ inclinare parentes
Hoc natura iugum peperit: placidaqꝫ ligauit
Compede non fertur superos Vulcanus in oꝛbes
Mole pari: non saxa ruunt ex aere tantis
Viribus. ipse suos sol deseret ante meatus
Et fluere alterno cessabunt ęquoꝛa curſu
Quam te nata patris q̄ꝫ te mea cura relinquat
Vt pario sculpti durant in marmoꝛe vultus
Nec metuunt pluuias hyemes boꝛeamqꝫ niuosum
Sic penetrans arcana animis pręcoꝛdia nostris
Hęret ꝛ in nobis semper tua viuit imago
Sermonem tu luce paris tu somnia nocte
Ah quotiens dum cura mihi est clamare ministram
In mea dulce tuum nomen sese ingerit oꝛa
Ah quotiens festa redeunt vbi gaudia luce
Lętaqꝫ per pingues resonant conuiuia mensas
Te memoꝛo: votis omnes te ardentibus optant
Et quia solus abest tuus hic mea viscera vultus
Vilescit mihi quicquid adest: non excitat aures
Tibia: non tristem mulcent obsonia linguam
Vlla nec infirmos capiunt solatia sensus
Iucundum sine te nihil est: ꝛ viuimus in te
Nostra nec in nobis vita est: quę sustinet artus
Aura tuos nobis animam sensumqꝫ ministrat
Et vitę sumus vmbꝛa tuę: pia cura parentum
Incipiat quando amboꝛum sic postulat ętas
Iam senio curuata graui te nata mouere:

Hęc tua dilectę tam longa absentia frontis
In quot me gemitus in quot suspiria mittit
Unica tu sobolles generis spes vnica nostri:
Debetur tibi tota domus: tibi seruiet vni
Et pecus: et cultę fęlicia iugera villę:
Sic nostras partimur opes: pars optima templo
Altera sors inopi seruit pars tercia nobis.
Tu quoscumqz voles illas mutabis in vsus:
Sic tamen et vita tecum: quę militet omni
Cura dei: qui nec falli nec fallere nouit·
Magna deo cura est hominum qui numina curant.
Ipse maritales post primi exordia mundi
Instituit tędas: ęternaqz federa Sancti
Connubij: quo post veterum defuncta parentum
Corpora sint qui sacra ferant: qui numina norint:
Quiqz ad diuinos gignant noua pignora cultus
Sic pietas ęterna manet renouataqz proles
Accipit a patribus doceat qꝫ et ipsa nepotes.
Duratura deus quędam semperqꝫ futura
Condidit. hęc ex se gigni prolemqꝫ creare
Nil opus est: nec sol solem: nec sidera sidus
Seminat. ast quedam fato subiecta neciqꝫ
Protulit: hac sese generant: eademqꝫ manere
Cum nequeant in prole manent: Simulchra parẽtũ
Sunt nati: penes hos opus est sit cura nepotum
Sic proles ex prole fluit ceu lubricus annum
Annus agit: mensis de mense renascitur: horam
Hora refert abiens et ab arbore pullulat arbor
Sic dauida pater tulit: Ezechiasqꝫ manassęm:
Sic esromus Aram genuit Salmona naasson

Et quia maiores etas tua venit ad annos
Nam tibi ni fallor bis septima voluitur estas:
Propterea natosq; viro nobisq; nepotes:
Cultoresq; deo debes: satis ede morata es
Nata redi: nostreq; libens succurre senecte
Vocibus his virgo in fletus prorupit: et ibant
Per roseos vultus lachryme: quas chara legebat
Admoto siccas oculos velamine mater
Dedidicit fletum et pressis singultibus orsa est
Chara parens tantum materni flumen amoris
Quod lachrymis: gemituq; tumet: qd plenus acerbis
Significat curis et sollicitudine sermo
Que non corda domet vel ferrea: lumina que non
Miserit in fletus: tepidoq; impleuerit imbre
Hec tua tanta parens pietas mea viscera dudum
Stringit et accensam mouet ad suspiria mentem
Si sineret: quo inclinat amor vestigia ferre
Nec tot opus lachrymis nec tot singultibus esset
Namq; animus totis vota in tua viribus iret
Nec fuit a teneris quicq; mihi dulcius annis
Quam curam gerere et votis parere parentum
Sed celeste meum tulit in contraria pectus
Numen: et impatiens studijs ingentibus ardor
Solicitat: cogorq; nouo parere furori
In noua cepta meos sensus imasq; medullas
Impulit ethereus genitor magis ardua nobis
Et melior tentanda via est: deus ire per altum
Suadet iter q si est vobis aliena voluntas
Curaq; non eadem: veniam diuina sequenti
Iussa date: et quo fert coelum conuertite mentem

Me mea virginitas: impollutiq; pudoris
Immortalis amor gratam fecere tonanti:
Ille meo amplexu fruitur. semperq; virentis
Flore pudicicię: Thalamum fortasse subire:
Atq; maritales potero coniungere tędas
Non poterit maculare meum venus vlla cubile:
Virgineumq; decus: custodiet ipse pudorem
Qui dedit hęc mihi vota pater: castiq; nitorem
Corporis: & mentem nullum mihi polluet ęuum.
Hęc eadem sanctos mouit sententia vates
Et magnos habet auctores: temeraria forsan
Diceret: & proprie male consuluisse saluti
Ausa per ignotos calles si prima fuissem
Vadere & ambiguis solam me credere ventis
Rumpereq; audaci nondum vada cognita gressu
Clara per hos magnus liquit vestigia calles
Elias eliadesq; viri gratissima coelo
Progenies visura suo de semine diuos
Sic stat & immotum tenet hęc sententia pectus
Tu genitrix patiare oro & solare parentem
Longęuum curę se se sciat esse tonanti.
Ipse aderit: senioq; graues solabitur annos
Sic virgo: & mater lachrymantem amplexa recessit

h Ic marię natale solum sedemq; paternam
Et genus antiquum paucis memorate puellę
Castalides: etenim memori vos omnia mente
Tempora: vos terrę tractus: pellagiq; tenetis
Et vos parthenice comites famulęq; fuistis
Est arabes inter cadmeaq; sidonis arua
Palmiferamq; pharon lybicis quę iungitur oris

Et mare quod lato fecundam gurgite cyprum
Alluit: assyrij pars non ignobilis agri
Terra ferat: belloq; potens atq; inclyta cultu
Unus iudea dei: clara oppida claras
Suscipit apricis positas in collibus urbes:
Ascalon hic: et gaza potens eraria quondam
Persidis antique: magna sedet edita mole
Fulta supercilio prerupticq; aggere montis
Hic vetus andromade vinclis insignis ioppe
Antiqua prior illuuit: summo ardua colle
Regia tecta sion: et pulchram sustinet arcem
Imperij caput: et solymi moderamina regni
Illic solemnes aras dauitica proles
Altaq; candenti posuit de marmore templa
Illuc ex omni turbe regione solebant
Dona deo et prime frugis portare manipulos.
Illic triticee cereris domus inclyta christo
Conscia nascenti montanaq; nazareth: ambe
Illustrem tenuere locum: genus ista paternum
Altera maternum marie dedit: ista tonantis
Conceptu foelix: ortu foelicior illa
De patria satis hec: posthac de sanguine dicam
Ismerie soror anna fuit: regalis origo
Et soboles magni veniens dauidis ab alto
Sanguine: zacharie Coniunx sata semine primo
Tres triplici partu marias: tribus anna maritis
Progenuit sanctum et summo genus ethere dignum
Prima deo sacros partus dedit altera natos
Quattuor alpheo iudam simona iacobum
Et qui iusticie clarum cognomen habebat

Tercia de natis tibi quos zebedęe duobus
Reddidit ad calpen vnum transmisit ⁊ vnus
Si populi prestanda fides rumoribus vlla est
Viuus Amazonijs ephesi sepelitur in agris
Sicq; duos inter studuit concludere natos
Regnantem latio christum Romeq; tenentem
Imperium: leuam tellus asiatica dextram
Gens hispana tenet: regnum inter vtramq; latinum

Parthenicę Liber secundus

Nxia responso genitrix intecta ridebat
a Multa mouens animo: nec enim sententia natę
Visa satis legi: priscisq; accommoda patrum
Ritibus: in vacuos etenim partuq; carentes
Expertesq; thoros sobolis superosq; deumq;
Irasci tunc fama fuit: dirumq; minari
Supplicium in steriles vteros: multo ante maritum
Non aliam ob causam passum conuitia notat
Summotumq; procul templo. spectantibus ipsis
Ciuibus ⁊ tristem casum miserantibus vltro.
Namq; vir ardentes votum positurus ad aras
Ante habitam prolem: dum se in secreta tulisset
Templa. sacerdotum strepitu discedere sacro
Et adyto iussus fuerat: turpemq; repulsam
Passus ⁊ hoc patriam fugiens ob dedecus vrbem
Rus coluit pluresq; latens inglorius annos
Dixerat in luctu tristem sine coniuge vitam
Sicut vbi amisso thalami consorte per agros
Sola volat turtur nitidis neq; potat in vndis:

¶ Carmina de beata virgine.

Ne comitis prisci tristetur imagine visa:
Nec viridi post hac fertur considere trunco
Sed miseram diuina senis clementia sortem
Prospiciens: annecque preces et dona gementis
Misit olympiaca celerem de sede ministrum
Qui dedit hec mandata viro: tua tecta reuise
Consortem solare egram mestosque penates.
Anna tibi letos partus: prolemque datura est
Femineam: magno sancte dabis omine nate
Fatidicum ductumque maris de sidere nomen
Et mariam dices: anne mandata minister
Attuli hec eadem: mirantique insuper addit
Hos monitus. limen note pete concita porte
Qua tibi rus itur: sacris hic mane peractis
Obuius occurret coniunx: gressu illa citato
Venit ad vrbane: que dicitur aurea porte
Limen: et offendit redeuntem rure maritum.
Illic suscepti hospicio communis amici
Amplexu: longisque vna sermonibus illam
Consumpsere diem: et certi de prole futura
Mane suos petiere lares gauisa reuersum
Tota domus largo dominum suscepit honore.
Hec igitur mesto voluens sub pectore mater
Aegra fatigabat tacitis precordia curis:
Et gradiens tali secum sermone locuta est.

o Cure: o vani pro posteritate labores:
O dolor o pietas infortunata parentum:

O studium infelix vbi res et tempus: et ipsa
Viscera: et exhaustas in solicitudine mentes
Triuimus: vt canis caput aspersere dolores

Linquimur: immemores demens incuria natos
Separat a nobis. meritorum oblita propago
Non equat curas: et non respondet amori
Sed quid te frustra miseram coquis anna: quod ipsi
Fecimus: hoc patimur: patres vt amauimus. ipsi
Sic nostrum nos semen amat: taxamur eodem
Judicio: sic fata ferunt: suspiria perdis
Iste modus rerum mundi productus ab ortu
Transineat ad gentem per secula nonstra futuram
Singultire potes: turgentia lumina fletu
Exhaurire licet: sed ferrea fata mouere
Non potes: aerei pallant sine carbasa venti
Quod dederit fortuna libens amplectere, littus.
Forsitan vtilius q tu tibi consulet aura.
Conquestum dauida diu: puerocq iacenti
Produci petijsse dies auertere mortem
Non valuisse ferunt: audit deus omnia: prestat
Optima: mortales audent orare: quod optant
Opprime succensum studijs melioribus ignem.
Nec sine suprenias animi dolor occupet arces.
Talibus vt fama est curis dementia quosdam
Cepit: et in saltus atq in deserta ferarum
Lustra tulit: pater aiacem narrare solebat
Insanum mactasse pecus dum quereret hostem
Et furias idem memini recitabat orestis
Quem comes ad sythice vexit delubra diane
Magna quidem credo quotiens pugnatur in agris
Aduerseq volant acies in prelia surgit
Tempestas: sed mens etiam cum nocte dieq
Sollicitis agitur stimulus in pectore magnos

¶ Carmina de beata virgine

Extolluut strepitus ꝛ. grandi corda pauore
Concutit: ꝛ recte tetrici dixere parentes
Quattuor aduersis miscentur: ꝛ ęquora ventis
Eoo zephyro libyco gelidoqꝫ aquilone
Sic totidem nostras ingenti turbine mentes
Subuerti furijs pectusqꝫ in pręlia mitti
Spes leuat arrectos metus alto a vertice fluctus
Deijcit: hinc animum pulsat furibunda voluptas
Inde dolor fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamorem ingeminat: piceis abscondita nymbis:
Nec radios fundit ratio nec vela gubernat.
Fęlices quicunqꝫ istis a syrtibus altam
Visuri pacem loca sunt in tuta recepti
Nam neqꝫ mens vllam secus est habitura quietem.
Nec lętos sensura dies nec dulcia sęcla
Propterea quid te miseram coquis anna: dolores
Et tristem dedisce metum: natura repugnat
Moribus his monstrare vię compendia possunt.
Languentes. gelidiqꝫ senes: at scandere montem
Sole sub ardenti viridis male sustinet ętas
De virtute loqui minimum: virtutibus vti
Hoc sansonis opus: tamen assuetudine longa
Assiduiqꝫ operis tractu formatur ꝛ in se.
Virtutem natura trahit: pręludia multa
Egregias artes pariunt. in pace: togaqꝫ
Bella diu miles discit: mox obuiat hosti
Impiger: ꝛ firmum parat ad certamina pectus
Sępius a placitis mens est arcenda diuqꝫ
Seruitio duranda graui: nam prona sequaxqꝫ
In peiora ruit nisi lora retraxerit vsus

Ast vbi iam legis patiens assuetaq; vinclis
Sessori parere potest quo iusserit ibit.
Tunc vbi tempus erit casu cum tristis acerbo
Sors aderit: fert ęquales rationis habenas:
Ante negat velut indomita ceruice iuuencus
Aut velocis equi soboles animosa priusq;
Imposito scierit gressum glomerare magistro
Ars vbi possessam mentem complexa subegit
Quo virtus quo sancta vocant oracula vertet
Nam neq; tunc labor est duros tolerare labores.
Quid si nata virum refugit: si nulla nepotum
Posteritas: quid nostra iuuant post fata nepotes
Iusticiam coluisse sat est. nullius egebis
Subsidio defuncta pios si vixeris is annos
Sępius in natis sęuum pater educat hostem
Cumq; suo ignorans interfectore iocatur
Sępe sibi lachrymas sperant: dum grandia matres
Atq; suę pascunt ventura opprobia genti
Propterea vanos hominum noua fabula mores
Exprimit: hoc pelagus galilęa quod abluit arua
Extimuisse ferunt: olim cum vidit in orbes
Nubila conuolui: volitare per aera montes
Credidit: at postq; largus de nubibus imber
Depluit vnde prius damnum. interitumq; timebat
Incrementa tulit: fusa procul ęquoris vnda
Fallitur in dubijs hominum solertia rebus:
Corda nec euentus capiunt humana futuros
Id quoq; nonnunq; mentes solatur amaras
Quod durare nihil patitur fortuna: vicesq;
Mobilis alternat. ventoq; simillima proram

¶ Carmina de beata virgine

Nunc premit a puppi placida modo murmurat aura
Forsan & hos luctus minus importuna sequentur
Tempora: foelices iterum deus afferet annos
Talia voluenti paruę iam nazareth arces
Apparent: nigro rutilans surgebat ab ortu
Vesper & ingenti phębum demiserat vmbra
Carmeli sublimis apex: in moenia mater
Nazareth: & fessis intrat sua limina plantis
Vt pater accepit charę noua nuncia natę
In męrore diu iacuit: curisq sepultus
Impexi capitis canos squalere situmq
Ducere: & a mento tristem concrescere barbam
Sustinuit nec enim potuit cohibere querelas:
Parcere nec lachrymis nec dissimulare dolorem
Crebra diu męstum traxit suspiria pectus
Et iacuit ceu truncus iners: & inutilis arbor
Frondibus amissis sine terrę fertilis imbrę

r Es tandem prolata palam peruenit ad ipsas
Sacrorum & templi doctas antistitis aures:
Quem penes arbitrium nodos aperire latentes
Iuris & obscuros legum dissoluere casus:
Ipsius imperijs altam conscendit in arcem
Concilium: venere senes ęnygmata legum
Rimari soliti & dubijs responsa parati
Reddere iamq vltro multum: citroq locuti
Cum certi nihil afferrent: iamq humida noctis
Tempora suaderent sacros dimittere patres.
Querendum quę sit coeli sententia tandem
Communi sanxere prece: & solemnia templo
Sacra dari & dubijs orari numina rebus

Atq; ita sedato res est certamine visa
Judice digna deo: quando est non reddere magnum
Vota nefas: violare piam res impia legem:
Interea sumptis diuorum nuncius alis
Parthenicen adiens placidis ita vocibus infit
Nympha puellarum coelo gratissima salue
Cuius apud superos iampridem cognita virtus
Floret & in nostros crescit ventura penates.
Ne trepida: tua vota pater firmauit: & auxit
Nulla tuum venus est vnq; visura cubile
Virginitas ęterna tibi concessa volente
Concessu toto superum tibi gloria vestę
Et triuię debetur honos: inuicta sequentur
Virginei tua signa chori: quos more dianę
Nunc pede nunc iaculo exercebis & arcu.
Ursula virgineę dux & regina cohortis
Hoc explebit opus tandemq; in sidera magnum
Agmen aget celebrem referens ex orbe triumphum
Tethios occiduę populi littusq; britannum
Et gelidi faciles pugnas gens accola rheni
Dulciaq; arrecta cernent spectacula vultu
Laus igitur te magna manet: rude vulgus & ipsos
Jura sacerdotes non intellecta fatigant
Et deus ingratas atra calligine mentes
Tardat & in pęnam scelerum deludit inani
Corda metu: rident superi ceu grandior ęuo
Securusq; animi iuuenis si pectora quando
Infantum obscurę trepidant formidine noctis
Ipse adero: nam veni huius certaminis ergo
Lex ea: quę fieri matres & nubere cogit

¶ Carmina de beata virgine.

Lata est: cum pauper veniens ad templa senatus
Paruaqꝫ plebs humiles sacrum ponebat ad aras
Postqꝫ magna virum creuit fortuna tribusqꝫ
Uix duodena solo capitur: seruare pudorem
Et thalamum nescire fuit prestantius: ergo
Eliadas errasse putant: iam secula postqꝫ
Expertes veneris degunt bisquina propinquant
Hi populis exemplar erant ne crederet vllus
Esse nefas syncerum esse ⁊ dediscere tedas
Tu tamen es tradenda viro: qui frigidus annis
Atqꝫ tui consors voti custosqꝫ pudoris
Non inuasor erit: tacita nos arte monemus
Corda hoīm: non tot fingunt se prothea quondam
Immutasse modis: nec tot variasse figuras:
Quot formis animos hominum mutamus: aguntur
Quo minime credunt: sed nos in sancta vocamus
Officia: ast alij tradunt retinentqꝫ vocatos
Ut quando in leui stat ferrea lamina disco
Si dextra magneta loces adamanta sinistra
Quo veniat nescit dubitatqꝫ vtrinqꝫ vocata
Cui faueat cuius magis hortamenta sequatur
Tu voti secura omnem mihi desere curam
Ibo ⁊ peruigili tractanda remetiar arte
Uix ea finierat cum fracta nube solutum est
Corpus ⁊ in ventos assumpta recessit imago:
Tempora velate tensis ad sidera palmis
Conuenere nurus pueri trepideqꝫ puelle
Rugosiqꝫ senes tremulo pia murmura mento
Uoluere certabant superosqꝫ mouere precando
Canicie ostensa diuis ⁊ vertice nudo

Et tremulis circum lucentes ignibus aras
Sancta sacerdotes: albaq; in veste ministri
Carmina ꝛ insigni celebrabant orgia ritu
Tercia lux aderat postq; vulgata per omnem
Concilij concordis erat sententia turbam.
Jam labor orantes ꝛ diffidentia tardos
Reddiderant: segni frigebant pectora motu
Tum diuina preces mens quę non despicit ęquas
Ad summum secreta dedit responsa choragum
Sacrorum: tenues fugit leuis ille per auras
Jngressusq; Senis nocturna cubicula somnos
Abstulit: ꝛ tali est aggressus voce parentem
Sumere thraicia virgas de fronde tribules
Quemq; suam. ꝛ ferri sumptas in templo iubeto
Mane reuertantur: cuius frondere cacumen
Videris illius domino coniuge puellam.
Hęc ait ꝛ motis abiens euanuit alis.
Mane senex sol ante iubar q; tolleret vndis
Conuocat ex templo patres missoq; per vrbis
Compita perq; domos populum pręcone coegit
Confluxere omnes: campo plebs densa parenti
Vix capitur: surdum spaciosa per atria murmur
Confusumq; sonat: pede pes: ꝛ pec tore pectus
Virq; viro premitur: ceu quom collecta theatro
Stabat roma graues simul auditura tragędos
Conuentu senior patrum stipante sacerdos
Erijt ꝛ tandem populo diuina silenti
Jussa aperit dividitq; tribum: iussitq; solutos
Connubio acciri. virgisq; in templa relatis
Vota precesq; iterant: magicis componere quidam

¶ Carmina de beata virgine.

Philtra veneficijs: circeaq; carmina ⁊ herbis
Phasidibus voluere novas inducere frondes
Horum vnus vetitas artes edoctus: vt almum
Intempesta diem tacitis nox abstulit vmbris
Solus in aerię turris fastigia secum
Arma togasq; ferens sacrauit manibus aram
Sub dio: testis nemo nisi ventus ⁊ astra
Nocturnasq; preces iterans pręscire volebat
Parthenices ne sibi thalamum sperare liceret
Ecce per aerios tractus magno agmine ab arcto
Spiritus obscuris ad turrim annauigat alis
Qualis vbi veniens ad fęda cadauera vultur
Brachia precipiti tractat plumosa volatu
Atq; gradum sistens nigro sic incipit ore
Fare: quid infernas nocturnis cantibus aures
Sollicitas: quęsita dari responsa vetantur
Aetherię prohibent anime: numenq; triforme
Altius abstrusum latet hac in virgine quiddam:
Quod dici scireq; nefas: sententia nostros
Circumfert anceps animos: sortisq; futurę
Ambigui casus multaq; ambage latentes
Sicut cum modo sol nubes modo nubila solem
Exuperant nunc lętatur nunc męret arator
Spemq; metumq; inter dubius. ne discere tenta
Quęquoq; doctorem fugiunt. communia quędam
Fabimur: addentes quę nec didicisse pigebit
Ne frustra videare deos in vota vocasse
Quando quidem te non minimo dignamur amore.
Nos inspectores scelerum sumus orbe futuri
Vltores alio: sequi sunt vincla dracones

Tartarus est carcer: sunt verbera: frigus & ignes
Lux incerta diem spargit per nigra malignam
Tecta: sonant late planctus plebem ordine terno
Diuidimus. primo purgati crimine circo
Penarum expertes degunt: ea tecta vetustas
Elysium vocat. hac vates & longa parentum
Progenies demptis habitant statione duobus
Hi partus spectare nouos dicuntur & arcem
Aetheream sibi promittunt: finemqz propinquum
Exilij mussant. apud hos de virgine quadam
Plurimus: & multa tectus caligine sermo
Vertitur. hic nec adhuc faciem videre tremendam
Regis olympiaci. Sola hęc & maxima pęna est
Sedibus his quosdam venturo numina sęclo
Sufficient: hos a nobis nulla auferet ętas
Alter habet sontes animas: quibus igneus ardor
Eximit infectuum scelus & telluris odorem.
Hę nisi soletur pax expectata quiesqz
Vix tormenta ferant: tanto locus ęstuat igne
Tertius infoelix hominum genus orbis in amplo
Carcere conuoluit: magis hec discedit ab astris
Introrsumqz fugit regio: penetralia nostri
Principis hic: altis animę fornacibus ardent
Spe viduę: nullamqz audent sperare quietem
Juppiter huc multas: multas huc mittit apollo:
Mercurius multas: nec non saturnus & auctor
Bellorum: phoebe innumeras: & nata diones
Pellitur huc quicquid coelum fastidit: & hirquis
Despiciunt superi obliquis. sors vltima rerum hic.
Non vero. quotiens animas magus euocat orco

Carmina de beata virgine.

Illarum assumpta mentimur imagine vultus
Carminibus folijs auibus fumoq ligati:
Dicimur: et circumductis in puluere signis.
Sed veluti plerisq alijs ita fallitur isto
Mens hominum: veniunt vltro nostraq salute
Solliciti manes vobis ventura loquuntur
Dixit: et alato discessit in aera tergo.
Perculsum trepida iuuenem formidine fortis
Penituit: secumq putans audita seueros
Carmeli patres adijt: tunc omnis heremi
Cura fuit penes hos: et celibis ocia vite
Moribus auxilium fractis habiturus: vt altam
Se tulit in montis requiem: siluasq silentes
Per secreta tulit gressum spelea: virumq
Viuendi celeste genus miratus. amorem
Imbibit immensum celi: seq ipse perosus
Incola carmeli vixit: tandemq voluto
Tempore cum magno fidei mysteria paulo.
Edidicit: marie primus cum patribus edem
Vertice carmeli posuit: sociosq vocatos
Ad iordanis aquam lustralibus abluit vndis
Cum baptista noue iaceret primordia gentis
Hispidus hirsute villoso tegmine capre
Protographus lucas agabum vocat: omnia multa
Ante videns animo fuit interpresq futuri
Namq catenarum nodos et ferrea paulo
Vincula predixit: longosq per equora cursus
Vipereos morsus, simoniacosq volatus
Insidiasq sue gentis: bellumq sub ipso
Et celebrem palmam venturaq fata nerone

S Ed deus elatas studium cui fallere mentes
Frigentem et casto solitum seruire pudori
Eligit de plebe virum: cui cana senectus
Cui caua sulcantes crispabant tempora ruge
Mane reuertuntur: scrutatique ordine virgas
Et videre senis summum frondere cacumen
Illud thraicie de phylidis arbore tractum
Vimen erat: longeque nuces in fronde virebant:
Inuidit: ceciditque animis fraudata iuuentus.
Et quando in somnis aurum se credit auarus
Inuenisse dolos meditans exultat inani
Leticia: mox euigilans sua somnia mestus
Voluit: et in tristes abeunt noua gaudia curas.
Ducitur in medium senior: plausuque sonoro
Susceptus iussuque gradu discumbere summo
Obstupuit: nec enim senio iam fractus ioseph
Ad tam insperatos animum tollebat honores
Venerat edicto cupidus parere relictam
Mens vel ad incudem vel ad aerea signa vocabat
Et tanta hec fieri de se spectacula nunque
Crediderat: iuuenes post tam manifesta repulsam
Omnia perpessi demissis frontibus ibant
Et rerum ignaris tam florida virginis ora
Non bene coniungi gelide turpique senecte
Murmur erat. tamen et virge noua signa virentis
Mesta per ancipites ducebat pectora curas.
Discessere loco: virisque abire relictis.
Interea matrum longa comitante caterua
Adduxere nurus insignem in templa puellam
Cuius ad aspectum (quamque transcenderet ore

Carmina de beata virgine

Omne decus mortale (tamen supergressa libido
Omnis & extincto semper venus igne quieuit:
Acsi feruentem gelidos in dorida rores
Pallidiosq; super calcem diffuderis imbres
Ardua quadruplici surgebant ordine templa
Porticuum communis erat pars extima cunctis
Foemineis etiam turbis: quas menstruus humor
Liquerat: ingrediens igitur diffusa secundo est
Tota cohors circo: miti sacra pronuba nuptę
It comes. accedit iuncto vir auspice longum
Agmen agens: mędiam volitans hymnęus in ędem
Jungite clamauit felici sidere dextras:
Sanctaq; longęuę connectite foedera vitę
Jamq; pio coniuncta seni: celebrataq; longa
Festa die: dictę laudes & reddita summo
Vota patri: lętiq; omnes in tecta reuersi
Letior aduentu natę generoq; sedebat
Canitie compta nitido velatus amictu
Inter vtrumq; parens: manibusq; vtrimq; tenebat
Complexus generum dextra natamq; sinistra
Multaq; connubio super atq; recentibus actis.
Commemorans toti grates soluebat olympo:
Interdumq; iocans: & debilis immemor ęui
Jucundos mouet ore sales: risuq; modesto
Soluitur: & vires animo prebente ministris
Instat: & appositis sterni cęnacula mensis
Ornariq; iubet thalamos: & limina multa
Fronde coronari: spargiq; per omnia flores
Atria purpureos. hederis vestire calumnas
Virgineasq; fores: auro folijsq; mineruę

Cedrinas velare trabes: spargitqꝫ recentes
Sub pedibus violas: ⁊ biantia lilia summo
Vertice que in tales mater nutriuerat vsus
Serpelliqꝫ comas semperqꝫ virentis in orbem
Texebant nymphe: filoqꝫ in serta ligabant
Gramen odoriferum: casias excisaqꝫ cultris
Balsama marmoreis nardi fragrantis aristas
Cinnamaqꝫ ⁊ crines suaue spirantis amomi
Teqꝫ amaranthe locant te mollis amarace: ⁊ horti
Quicquid alunt cilices. quicquid panchaia quicquid
Idalij saltus redolet domus omnia plansu
Leticiaqꝫ sonant: hilaris labor omnia miscet
Dum ita feruet opus sponsi deus ora sopore
Pressit: ⁊ irati sub imagine nuncius oris
Visus adesse seni. vultu qui sancta seuero
Hec mandata dedit teneros tibi iungimus annos
Non seram vt: frustra in venerem tua languida virt⁹
Ardeat: amplexus gremiumqꝫ in virginis huius
Ire caue: iussumqꝫ dei ne sperne monentis
Paruit et memori seruauit somnia mente
Atqꝫ cupidineos sensit non amplius ignes.
Iamqꝫ dapes ⁊ vina ferunt paterasqꝫ coronant
Discumbunt hilares circum longo ordine mensas
Et fecunda animis celebrant conuiuia letis
Postqꝫ pressa fames et pectora mitis hiacchus
Leniuit curas abigens: frontisqꝫ seuere
Triste supercilium: cithara preludere eburna
Cepit et argutas aptare in carmine voces
Lydius: hic tactis equabat ariona neruis
Orpheaqꝫ ⁊ clarum dircea amphiona plectro

Carmina de beata virgine.

Carmen erat summę dorso fundata sionis
Regia: qua quondam Solymi moderamnia sceptri
Stirpis iessę princeps exercuit: armis
Inclitus & pacis studijs preclarus: ab illo
Uirginis atq3 viri genus antiquamq3 trahebat
Progeniem: & mixtę numerabat stemmata gentis:
Addebat noes fluctus: puppimq3 natantem
Innocuasq3 rubi flammas: & limina nunq3
A foribus seiuncta suis: plebiq3 patere
Nescia: & vnius gressum admittentia regis
Celantemq3 & deos ficto labanida vultu
Uelleraq3 & siccos magni gedionis imbres
Atq3 vti fiscellam placida gestauerat vnda
Nilus & infantis miseratam fata puellam
Et conuulsa nouas virgulta ferentia frondes
Adiungebat vti peregrinas ęquore cedros
Compositis ratibus condenda ad templa vehebāt
Sidonij: vt multo paries effulserit auro:
Miratumq3 gradus hominem: qui clara petebant
Sidera: & ingentem diuini foederis arcam
Et quam fatidico populis balahamus eois
Carmine prędixit flammam sidusq3 futurum
Sed iam precipiti phębus sub tartara curru
Ibat: & occiduis aries sua merserat vndis
Uellera: & ardenti surgebat scorpius ore
i Amq3 soporiferę tempus dare membra quieti
Suaserat: at virgo secreti sola cubilis
Clausa loco curis aperit cęlestibus almum
Pectus: & in summum sensum leuat ęthera mentem
Unam ad se comitum vocat in penetralia tecti

Præstantem egregio vultus animiq decore
Mnemosine genitrix: illi pater vsus. ab ipsa
Cęlesti genus arce trahit. nam conditor orbis
Est auus: hanc grai sophiam dixere priores
Mare sagax oculis penetrans caua tartara: & altum
Aethera: nullius linguę non vllius artis
Inscia: labe carens: vicijs infesta: pudore
Circumfusa genas: & iaspide pectus & auro
Splendida contexto: causas & nomina rerum
Per media ex imis gradiens ad summa deumq
Et mundi metitur iter: hac indice virgo
Insomnis ducens taciturnę tempora noctis
Contemplatur vti rerum longęua propago
Texta sit: vnde prior mundi descendit origo
Et chaos & syluam informem: discretaq formis
Corpora paulatim varias induta figuras
Vt propria petijsse suis loca viribus apta.
Vtq grauem liquido suspenderit aere terram
Omnipotens opifex duplici cum prolis honore
Oceanumq suis complexum fluctibus orbem
Fuderit. ęthereis incluserit ignibus auras
Vtq feris terras: mare piscib us: aera cessit
Alitibus varijs. ornans animantibus orbem.
Vt vaga perlustret phębe duodena quotannis
Sidera fraternum fugiens iter: & modo tractus
Erret ad austrinos elicen modo visat ad arcton
Vt procul a phoebi venus & cyllenius igne
Ne volitent verso referant vestigia gressu
Phoebus vt obliquo numq discedat ab orbe
Atq viam retro gradiens obseruet eandem

¶ Carmina de beata virgine.

Claraqꝫ nocturnis splendoribus imbuat astra
Et rubicunda feri que lex incendia martis
Voluat: ⁊ egregium iubar ⁊ iouis ora benigni:
Atqꝫ: senem pigrum curuata falce minantem
Ut super octaui radiantia sidera celi
Certa lege meant ⁊ scintillare videntur
Altius extollens mentem curuamina noui
Orbis: ⁊ eterno splendentem lumine mundum
Et tenues miratur aquas glacialis olympi
Ultimaqꝫ immense formata volumina molis:
Lanigeri sublime decus: taurumqꝫ nitentem
Et geminos helene fratres: auersaqꝫ cancri
Sidera que ethiopes vrunt indosqꝫ arabesqꝫ:
Atqꝫ Melorcheum stellata fronte leonem:
Et iubar erigones: equataqꝫ brachia libre
Virosamqꝫ nepam videt: emoniasqꝫ sagittas:
Cornuaqꝫ egoceri gelidis humentia nymbis
Et liquidos vrnam rores ventosqꝫ cientem
Atqꝫ dioneos lucenti tergore pisces:
Hinc dextra leuaqꝫ faces ardore coruscas
Suscepit: ⁊ celi claros examinat ignes.
Pleiades septem: quarum minor vna latere
Dicitur. ⁊ pluuias hyades: pauidamqꝫ capellam
Post rapidum leporem iugulas ⁊ procyon vstum:
Morbosamqꝫ canem. et coruum cratera tenentem.
Inde coronate rutilans minoidis astrum
Et non longa situm post interualla sagitte
Sidus: et etherijs errantem tractibus hedum:
Orpheamqꝫ liram et flammis lucentibus aram
Suscipiens celi eternos meditatur honores

Cursibus alternis mundum ferri atq; referri
Ex austro in boream ex borea miratur in austrum
Et fieri vt gelidam tellus coniecta sub arcton
Dum bibit ethereos admoto sole calores
Mitis ⁊ humanę addatur idonea vitę.
Mens calefacta deo: sanctisq; exercita curis
Atq; laborando vires ⁊ robur adepta
Altius it: semperq; magis terrena relinquit
Jam superis admixta domos explorat ⁊ arcem
Et solium sublime patris quod plurima circum
Turba leues animi volitant: decimoq; sedenti
Orbe deo assistunt vigiles. ⁊ cuncta fideli
Jussa ministerio peragunt: versantq; rotatu
Sidera perpetuo quidam: mortalia quidam
Facta regunt: pressaq; graui sub mole tuentur
Corporis humanas mentes: ⁊ regna gubernant:
Omne per hos exercet opus pater: ipse quieto
Tranquillus sceptro sedet ⁊ complectitur orbem
Virginis hę curę: seseq; oblita virumq;
Miscetur diuis coeliq; palatia lustrat
Atq; thoro recubans summo spaciatur olympo.

i Altera virgo thalami dum sola recessu
Excubat occulto per longa silentia noctis
Fatidici vatis: quem ferrea turba gementem
In geminas secuit dentato robore partes.
Codice versato primum locus ille legenti
Obuius occurrit grauidam qui virginis aluum
Pręcinit ⁊ magni prolem mortale tonantis
Corpus ⁊ humanę subituram incommoda sortis
O foelix nimium dixit quęcumq; futura es

Et matres longe ante alias dignissima virgo
Que paritura deum fruituraqꝫ celibe lecto
Magna senescenti renouas miracula mundo
Non ego communi patrum te labe volutam
Crediderim talem cui dant oracula palmam
Tu vetus extingues vicium scelerisqꝫ reclusa
Limina concludes: tu protoplastis acerbam
Ingluuiem delebis agens noua secula nouumqꝫ
Fedus ⁊ humanum supra genus omne fereris
Te tua: te ventura omnis mirabitur etas
Et tibi perpetuis ardebunt ignibus are
O mihi: si tantum non est audere superbum
Conceptus liceatqꝫ tuos vultusqꝫ tueri
Dicite carmeli: qui sancta silentia montis
Incolitis vates vatumqꝫ eterna propago
Quos imitans tedas sum dedignata iugales
Dicite que regio iubar hoc que proferet etas:
Credimus e terris venturam an ab ethere summo
Lapsuram: tali ne hominum debetur origo:
Dumqꝫ ita celesti mentem succensa calore
In laudes ignara suas prorumpit: olympo
Labitur ⁊ veniens fulgentes explicat alas
Nuncius: ⁊ celeri penetrat secreta volatu
Limina. ad ingressum subite perterrita lucis
Extulit attonito titabantia lumina vultu
Et formam mirata viri tabescere castum
Pectus ⁊ insidias metuens pallescere cepit
Alliger arguta reserans noua nuncia voce
Pone metus inquit superis gratissima virgo
Letus ab etherea venio tibi nuncius arce

Aeterni iucunda ferens mandata tonantis.
Conceptura nouos vllo sine semine foetus
Et prolem paritura dei: materqꝫ futura es
Stirpis olympiacę: tactus non passa viriles
Et deus ipse tuam veniens labetur in aluum
Gressibus occultis: tuaqꝫ intra viscera corpus
Ipse sibi formans post nonę: tempora phębes
Exiet humanę velatus imagine formę
Arma ferens pacis venit: atqꝫ salutifer orbi
Propterea sanctam dabis attestata salutem
Nomina: in immensum crescet: venturoqꝫ magno
Secula consensu templis congesta superbis
Dona ferent illi: rutilo qua surgit ab ortu
Lucifer: hesperias ⁊ qua declinat in vndas
Qua micat arctophylax: latum qua sustinet orbem
Axis inocciduus: resonans qua nascitur auster
Imperio premet omne genus telluris ⁊ vnde
Possessurus opes cęliqꝫ habiturus honorem
Perpetuum ⁊ mundum ęquatis recturus habenis
Sed neque fulgentes auro radiante coronas
Nec tyrios regum feret ornamenta colores,
Non illi sublime domus dabit ardua culmen
Marmora nec tollet subeuntibus alta columnis
Viuenti: non martis opus non ęrea tela
Tractabit: rigido non oppida milite cinget
Nec ruet aerias arces: non ęquora grandi
Classe premet: non hinnitus laudabit equorum
Nec quę bella mouent horrenti classica cantu
Ferrea nec mittet captus in vincula reges
Nec populo illustres ducet spectante triumphos

Carmina de beata virgine

Scilicet hęc homines curant: nos alta tenentes
Qui regimus totum damus hec non querimus orbem
Non illi humana bellum est cum gente. superbum
Spirituum genus atq procax: atroxq quod ausu
Diuinum ingenti iam vulgo vsurpat honorem
Impetit: huc belli vires: huc dirigit omnes
Robur: & hęc agitur non ferro pugna: sed astu
Quid fieri maius poterit: q̄ trudere diuos
Sedibus antiquis & auito pellere regno:
Sed grauis humanas premit ignorantia mentes
Nam quod promittunt venturo oracula christo
Imperium mortale putant: vatemq futurum
Terrena tantum ducunt a stirpe: deumq
Esse negant. hinc errorum descendit origo
His delusa dolis & eisdem ambagibus olim
Perfida posteritas longum sperabit in ęuum
Speratamq videns non apparere salutem
Exiliiq mores longi mirata nec audens
Vera sequi nugis & spe pascetur inani.
Foelices annos: & quę tua protulit ętas
Aurea non cęsar renouauit sęcula. verum
Tuq puerq tuus: nam primi dulcia mundi
Tempora conuerso cęperunt currere gressu
Lęta quies oritur: niueis pax aurea pennis
Descensura leues humeris circumligat alas
Jamq mei nocuos ignes: infestaq terris
Sidera compescunt comites: oriona sęuum
Icariiq canis rabiem: pedibusq rapinam
Stringentem curuis aquilam: teretemq sagittam
Cęteraq ingratos hoīm meditata dolores

Astra premunt: flammasq3 iubent regnare fauentes
Nuncius hęc: humilis firmato pectore virgo
Imperio dixit magni parere tonantis
Cogimur ꝛ: miti curuans caput annuit ore:
Candida virginitas: simplex prudentia: velox
Et matura fides: humilisq3 modestia totos
Leticia impleuit cęlos ꝛ sidera cantu:
Tum diuina grauem subitis conceptibus aluum
Extulit: atq3 sinus soboles extendit onustos:
Sicut in adductos penetrat cum lubrica folles
Aura cauernosum surgens tumor exit in orbem
Mirata est creuisse vterum natura: suumq3
Esse negauit opus: trepidas vt virginis aures
Alliger afflauit cęlesti nuncius ore:
Diuulgata polo res est: mysteria norunt
Aetherij ciues: marię tunc ęthere toto
Nomen honoratum: cęli cantata theatris
Virginitas fęcunda fuit nondum agnita nigris
Manibus: inferno ue ioui: sub hypostasi in vnam
Nature coiere duę: que copula diuos
Gentis in immensum nostre conuertit amorem
Nec grue cęlitibus fuit ipsa relinquere summi
Tecta patris: nostraq3 dies cum virgine longos
Ducere: ꝛ occulti reserare negocia cęli:
Ipse puellari forma mentisq3 decore
Lętior accito diuum pater agmine: sanctos
Alloquitur ciues: circumstantemq3 coronam
Spirituum alloquio patris exultauit olympus
Atq3 prius multa sublimem laude puellam
Extulit illustres atauos, ꝛ nomina clara

¶ Carmina de beata virgine.

Gentis iesse referens delataque coelo
Sacra: piosque animos antique stirpis: inanem
Luciferi ostendit sedem. contermina semper
Regali fuit illa throno: sceptroque tonantis
Tum memorans veteres rixas primeuaque bella:
Cur non vna omnes habeant habitacula diui
Discretique locis habitent: quare altior illos
Orbis habet: cur lunam alij: cur cyprida quidam
Mercuriumque colant: cur sic partitur olympum
Lex eterna docet: cur eant in sidera mentes
Terrigene: que nam ratio persuaserit illis
Deberi ethereos celestia tecta per orbes
Monstrat et hec dictis posuit sententia finem
Sicut luciferi locus hic sublimior inter
Eminet eterni numerosa sedilia regni
Sic virgo: quam parua domus angustia claudit
Et mariam presse monstrauit acumine virge
Humanis animis longe est prestantior: illi
Non fati ratio non coeli mobilis ardor
Destinat hoc solium: sed lege cohercita mentis
Libertas et noster amor: sic fatus: at omne
Leticia fremuit coelum: diffusa voluptas
Celestes animos rapuit: sonuere theatra
Plausibus: assensu superum vulgata per omnis
Elysij campos: magni est sententia patris.
Temporeque ex illo semper toto ethere virgo est
Angelicis prelata choris: et dignior omni
Agmine spirituum rutilo: cyllenia quantum
Marte minor flamma est vel quantum delia tristi
Cedit auo tellusque Joui venus aurea phebo

Junctus erat soli trepide non immemor helles
Corniger: orion non exurgebat et argo
Polluerat: gelidam vergens auriga sub arcton
Precipiti curru nitido sub apolline tectus
Ibat: ꝛ occiderant hiades hedique: parensque
Tollere fulgentem medio nox humida cursu
Ceperat egoceron: primisque emissus ab vndis
Spectabat geminos erecta fronte cadentes.

p Lena deo mater: fetuque animosa latenti
Trans iuga trans altos saxosa cacumina mõtes
Se tulit. ad sera fecundam prole parentem
Cognatamque nurum partus visura beatos
Virgineoque sinu paruum strictura nepotem
Dumque viam carpit pedibus calcata pudicis
Gestijt immensum tellus ꝛ dulcia longo
Tempore seruauit presso vestigia dorso
Tota venustatem regio mirata decusque
Aetherie frontis: fusumque per ora pudorem
Arrisit procul omnis ager nemus omne virentes
Exorto iam vere comas curuauit: ꝛ ibat
In flores tunc omne solum: flagrantia rura
Purpureas passim violas: ꝛ candida passim
Lilia fundebant: nitidis e frontibus vnde
Voluebant dulces cursu crepitante susurros.
Assyrij colles assurrexere: taboris
Se iuga flexerunt: dominam speculatus ab alto
Vertice carmelus caput inclinauit apricum
Corniferas pinos: ꝛ odoriferas cyparissos
Blandior alternis flectebat nutibus aura
Aura laborantis tenui spiramine circum

Carmina de beata virgine.

Colla sinusq; volans ⁊ candida virginis ora
Terra suas monstrabat opes: ⁊ lucidus ęther
Nubibus expulsis vultu ridebat aperto
Crinibus auratis solitoq; decentior acres
Sol urgebat equos tersoq; ardebat olympo
Qualis erat prima genitor qua condidit illum
Luce deus: quom clara nouis splendoribus astra
Alta per insuetos ferrent vestigia gressus
Attulerat sextum grauidę iam delia mensem
Et pleni languebat anus sub pondere ventris
Hęc erat bisinerę clara sato sanguine magni
Zacharię coniunx: cui nomen helisabet: annis
Jam grauis: hęc longo sterilem se fleuerat ęuo
Oranti tandem diuum data munere proles
Jndice porrecto demonstratura tonantem:
Et latura sacro venientem flumine turbam
Ut consanguineas iunxerunt oscula matres
Mutua. ⁊ iniecti strinxerunt colla lacerti
Grandior afflatu vicini numinis infans
Gestijt ⁊ subito dominum confessus honore
Maternam insolitis concussit motibus aluum
Tunc anus aduentu charę lętata puellę
Et succensa deo dixit: tu ne illa propago
Expectata diu nobis, promissaq; nostris
Patribus. ⁊ sacro vatum celeberrima cantu
Quam mea iam sero genuit matertera partu
O decor o summo facies dignissima coelo
Te tandem terris superi ostendere: quid vltra
Tristia primęuę flemus conuiuia matris
O veterum spes longa patrum. spectabilis almam

Que reparas aurora diem: que distulit ortus
Nox tam longa tuos: que causa ignota sub umbris
Hoc illustre iubar tenuit: nec protulit ante
Lumen olympiacum radios o quanta sepultos
Cura tui proauos tenuit: panduntur ab alto
Aethere foelices anni: noua nascitur etas
Sidera tu mundo reseras: tu tartara claudis
Tu genus instauras hominum: profugamque paterno
Soluis ab exilio gentem: fortissima certe
Delbora bellatrixque potens: animosa virago:
Que ducis assyrij caput atque fluentia tabo
Colla secans pauidos hostes dare terga coegit
Ipsaque persarum quondam gratissima regi
Que genus vlta suum summo dedit oscula sceptro
Clara fuit multoque nitens resplenduit ostro
He summum meruere decus laudemque superbam
Tu tamen has omnis superas: tu secula portans
Aurea feminei tollis conuitia sexus
Iam deus antique commissa piacula fraudis
Ponat: et irasci terris iam desinet ether.
Fortunata parens foelix que viscere sancto
Progenies: sanctaque puer: qui clauditur aluo
Non erit hec tua vana fides: nec muneris huius
Latorem frustra credendum est ethere missum
Ipse pater: qui cepit opus formabit ad vnguem:
Irrita nec tante fient exordia laudis
O me foelicem tua quod licet ora tueri
Sicque tuos olim liceat mihi cernere partus
Atque meo gestare sinu: quam leta futura est
Quam iucunda dies: quom nostra tuebimur ambe

Carmina de beata virgine.

Pignora versari simul: atq; incedere iuncti
Gressibus: et leta fari et colludere fronte.
Una etas ambobus erit par cura par evi
Terminus: et vivent una duo pectora mente
Quam bene mortali superum clementia morbo
Consuluit: vulnus virgo: medicamina virgo
Contulit: illa necis: dedit hec primordia vite
Illa tulit belli causas: hec femina pacis
Illa venenose stygijs lactata megere
Uberibus gelido conceptum pectore virus
Expuit in natos: nigroq; afflata colubro
In genus omne suum spumam eructauit auerni.
Cuius odor postq; coelos et tecta tonantis
Attigit: extemplo valuas offensa patentes
Numina clauserunt: totusq; excanduit ether:
Ista salutari totam se proluit imbre
Nectarei fontis: vitalia pocula dulces
Ambrosie succos plenis crateribus hausit
Mellifluosq; bibens latices: quos magnus ab hortis
Helias eois mittit se in flumina vertit
Lactea: que semper plenis currentia ripis
Omne solum lustrant. hec ad spectacula versus
Ipse pater clausi limen reseravit olympi:
Unde igitur mihi tantus honos: unde ista repente
Gaudia prorumpunt: vt semine plena tonantis
Foemina sacratos ferat ad mea limina gressus
Hec anus: at senior vocis cui clauserat vsum
Imbecilla fides cano venerabilis ore
Signa dabat: flexaq; dei ceruice parentem
Hospicio suscepit ouans: oculisq; manuq;

Aethera monstrabat prius ⁊ mox hospitis aluum:
Regia parthenice diuino afflata calore
Iucundum cecinit carmen: non lesbia tale
Femina: facundi non teia musa poetę
Non satus eumolpho non ipse ęagrius orpheus
Non sonuit dircęa chelis: qua docta superbit
Gręcia: qua sese iactat cadmęa propago
Id quamq̃ nostro minus est tractabile versu
Subijciam tamen ⁊ sensum non verba reponam
Magnifice regem mea mens extollit olympi:
Et deus exhilarat sancto mea viscera plausu
Vidit enim pectus supplex humilemq̃ ministram:
Ingentiq̃ meos vestiuit numine sensus:
Propterea ventura canent me cuncta beatam
Sęcula. nanq̃ modis in me surgentia miris
Omnipotens rerum miracula suscitat auctor
Ip sius ęterno clementia flumina torrens
In genus omne fluit. sicut de doridis aluo
Perpetui voluunt plenis vada cursibus amnes:
Explicuit forti vires: animumq̃ lacerto
Atq̃ suo elatas dispergens robore gentes
Eruit excelsos: humilesq̃ in sceptera vocauit.
Esuriem saturans inopum: dimisit inanes
Qui terrę rimantur opes. diuina videntis
Suscepit miserans pueri genus: atq̃ fidele
Semen vt antiquis responsa parentibus olim
Habraamo natisq̃ dedit: prolicq̃ nepotum:
Luna ter vmbrosum radijs impleuerat orbem
Iunctaq̃ fraternos totiens ammiserat ignes:
Quom cętu comitata graui dauitica virgo

Carmina de beata virgine.

In patriam reduci flexit vestigia gressu
Humida littoreus iam brachia tollere cancer
Ceperat: ⁊ claros procyon abscondere vultus
Et iam flaua ceres campis albebat apricis
Fronde coronatus matura per hordea messor
Ibat: ⁊ in curuis spoliabat falcibus agros:
Iam longo sudore madens: grauibusq; flagellis
Robustas armata manus: tritura per omnes
Assyrię campos: ⁊ dulcia rure coaspis
Sternebat fragiles calamos: paleasq; volantes:
Atq; sub ardenti sonitum dabat area phoebo
Pallida conceptum facies prodebat: ⁊ aluus
Maiori suspensa sinu: pectusq; leuatum
Exili vox clausa sono manifesta latentis
Signa dabant foetus: nam nec celare tumorem
Cura fuit: nunq̃ foecundi pondera ventris
Dissimulauit agens tenues ad pectora vittas
Sicut enim trepidare facit mens conscia culpę
Sic animi simplex probitas: ⁊ cognita virtus
Efficit impauidum pectus: fugit impius vltro
Iudiciumq; pauet: frontem pius audet apertam
Tollere: non regis vultum: non iudicis ora
Non rigidos lictorum enses formidat: vt acres
Non metuit flammas aurum: non verbera ferri
Dura potens adamas: nec onustę pondera palmę
Arx est ipsa sibi virtus: ipsa eruit arces
Ipsa feras: hominemq; domat: non horret inermis
Ire per hostiles cuneos: inimicaq; castra.
Hoc externa docent: ⁊ nostrę plurima gentis
Quę facerent exempla fidem: cur sceuola dextram

Misit in ardentes prunas: & brachia flammis
Exurenda dedit: pauor est tot millibus vnus:
Quem proprijs virtus gladijs armauit & hasta
Cur tranauit aquas: tiberinaque flumina virgo
Cui populus statuam posuit romanus equestrem:
Cloelia quo clypeo tuscum: quibus ensibus hostem
Vicit: ei lorica fuit catapultaque virtus
Fortior vna viris ducibus prestantior vna:
Cautior vna fuit mulier: cui prouida virtus
Prestitit ingentes animos & ferrea corda
Quom ducis ausa fuit correpto guttura cultro
Stringere & in peram caput insertare tyranni
Regulus ad lybicas iterum freta nauigat arces
Impauidumque vltro caput ad tormenta reportat
Pretereo christi passos immania testes
Funera: laurentique ignes: paulique cathenas
Atque reuertentem sua per vestigia petrum
Aspice ridentem siculi mandata tyranni
Xenonem: & regis versos in vulnera ciues
Sed quid rem minime dubiam fulcire probando
Prosequimur: nihil est virtute potentius: ergo
Parthenices moniti exemplis: que scimus olympo
Grata sequi studioque opus est seruare tenaci:
Quod superi laudant. quid si mortalia linguis
Ora venenatis carpant: sub iudice coelo
Viuendum: demens quisquis mutabile vulgi
Viuit ad arbitrium: nobis concordia diuum
Sola sat est. si quando meos deus arbiter actus
Approbat indocte quid me contraria turbe
Flectit ab incepto vite sententia cursu

¶ Carmina de beata virgine.

Non erat hęc semele bacchi: non ilia mater
Romuleę gentis: nec magna atlantias hermis
Maia parens. danę ve auri delusa nitore
Non erat alcidę genitrix. nec agenore nata
Filia nec cęi. nec se mirata iuuencam
Inachis: illicitos falso quę nomine partus
Admissumqꝫ scelus titulo vestiret olympi
Hęc erat alma parens veriqꝫ insigne tonantis
Hospicium: regis superum immortale sacellum
Et quoniam diuum tenuit consortia semper
Plusquam hominum superis fidens neglexit inane
Iudicium: nugasqꝫ hominum: miracula ventris
Esse dei si norat opus cur debuit vllis
Occultare dolis: ipso quas auspice coelo
Debuit insidias hominumqꝫ bella vereri
Quas trepidare manus: igitur secura tumentem
Ipsa sub ora viri sine fraudibus attulit aluum.
Vir tamen occurrens vt virginis ora reuersę
Pallida conspexit tumidumqꝫ exurgere ventrem
Saucius: vt nigro: qui nescius obuiat angui
Obriguit: gelidum tremuit sine sanguine pectus.
Dissimulat tamen: ⁊ ficto tegit ore dolorem
Quid faciat quo se vertat quid deniqꝫ captet
Consilij nescit: ceu quando ignota viator
Compita defixę incumbens exanimat hastę
Vt iactata salo varios secat ęquore cursus
Nauis: ⁊ arbitrio venti bacchatur ⁊ vnde
Nunc surgente freto pressa salat ardua puppi.
Nunc ruit in proram: fundoqꝫ illisa carina
Dat gemitum: resonant borea insultante rudentes

Sic incerta viri secum luctatur. & estro
Mens agitata graui curarum fluctuat estu.
Dumq; ita concutitur nigris nox humida bigis
Induxit somnos & inertia presserat altus
Membra sopor: celeri quom nuncius ethere lapsu
Venit. & has mira simulauit imagine voces
Sancte senex que tanta tuam vesania mentem
Impulit. vt tantum credas in virgine crimen:
Pone leues animos: claudiq; sub illius aluo
Disce deum: sicut virides produxit aronis
Virga carens humore comas: floremq; coruscum.
Sic ignara viri diuinum regia virgo
Semen: & etherios accepit viscere partus
Celeste est quod cernis opus: tuq; ipse minister
Et custos vtriusq; datus nato atq; parenti
Sic maternus honor: sancteq; illesa manebit
Fama pudicicie neu quis temerarius ausit
In caput: illius quicq; crudele minari.
Adde q a stygijs nesciri manibus istos
Vult deus ingressus. occulto tartara marte
Venit & ardentem debellaturus auernum.
His igitur curis liber: ne despice sanctum
Virginis os & dulce decus moresq; venustos
Incipe mentis inops placidi cognoscere celi
Munus & hospicio magni letare tonantis.
Hinc decus eternum referes: hoc munere nomen
Immortale paras: partemq; acquiris olimpi:
Crede: fides est grata deo: quia credidit vltro
Seminis est nostri princeps habraamus & auctor
Nil magis auertit celum a telluris amore

¶ Carmina de beata virgine

Quam scelus ingrate mentis: que corde maligno
Muneris auctorem nullo dignatur honore
Propterea solymis fatum graue finibus instat:
Nam neq3 numinibus pro donis vota futuris
Ulla dabunt: sed dira leues in curia turbas
Et stupor obtuse mentis: commenta dolosq3
Texere compellet: fraudemq3 mouere nefandam:
Tu celum: superosq3 petes multo ante: beatam
Uirgineos inter cetus tibi vidimus edem.
Infelix quicumq3 dies producit in illud
Exitium. patrie tantas cui cernere clades
Fata dabunt: phrygie celebrata incendia troie
Atq3 numantini strepitus: libyceq3 ruine
Et pulchre casus ephyres: thebanaq3 bella:
Atq3 cyracusij planctus τ quidquic acerbi
Hactenus ardenti mauros exercuit ira
Excidijs collatum istis (tam seua futura est
Tempestas (horrore caret τ mite putatur
Romanas acies solymam deus armat in arcem
Ingentiq3 parat genus hoc abolere tumultu
Ille ego qui vetui quondam tibi virginis huius
Concubitus ista e celo noua nuncia porto
His abijt dictis: τ iam lux prima rubentes
Leucothee thalamos lustrans pallentia noctis
Nubila siccabat: venerisq3 emerserit astrum
Astrum: quo gelidi veniunt in gramina rores
Quodq3 reuertentem predicens lumine phebum
Porrigit exiles vmbras: que gloria solum
Et concessa tribus veneri phebo atq3 sorori
Talibus admonitus discusso membra sopore

Explicat ꝛ largo senioꝛ conuiuia luxu
Accelerans cogit ciues ꝛ gaudia totis
Leta ciet turbis: splendet domus: atria multa
Fronde virent: agiles cursant per tecta ministri
Dumq; aulea trahunt ꝛ versicoloria tectis
Uela ligant pueri simplex ꝛ garrula turba
Apparere procul pendentia brachia tanq;
A toꝛace cadant varios sine pectore vultus
Et quasi trunca virum mirantur coꝛpoꝛa tolli
Ecce puellaris choꝛus: ꝛ venerabile matrum
Agmen adest: vehiturq; seni noua nupta marito
Non tuba non cithare deerant caua tibia cantus
Nunc phꝛigios nunc meonios nunc doꝛica versat
Carmina: iucundo resonat vicinia plausu·
Discumbunt: dapibusq; fames vbi pulsa: ministri
Relliquias ꝛ crusta legunt: cristalina tollunt
Myrrhinaq; albentes maculas vbi purpura cingit
Uasa coꝛinthiacis crateribus emula: mensas
Sublatis spoliant mantilibus: vna decoꝛe
Precipuo fuit: occiduus quam miserat atlas
Littoꝛe de libyco citre: de semine sylue
Hanc circumderant varijs emblemata signis:
In quibus elato sternebat vulnere sanson
Allophylos: malamq; manu vibꝛabant onagri
Et latis raptos humeris cum cardine postes
In montis rapido cursu iuga summa ferebat:
Missaq; per segetes olcasq; incendia late
Nubem eructabant fumi celoq; volabant:
Mellaq; percussi stillantia ab oꝛe leonis
Pascebant heroa: liquoꝛ de dentibus ibat

¶ Carmina de beata virgine.

Plurimus: ⁊ sitibunda viri saliebat in ora
Et septem plicibus soluebat brachia vinclis
Ore tonans oculis ardens vultuq; tremendus
Atq; oculis captus dextra leuaq; columnas
Ruperat ⁊ fractis ruerat domus ardua tectis
Fulcra toreumatibus suberant tornata recuruis
Artis opus tyrię. prima hęc spectacula discus.
Obtulit: a salibus paulatim ad seria sermo
Flectitur: ⁊ per facta patrum memoranda: recurrit:
Sermo erat antiqui senis insperata voluptas
Et melior fortuna orbam cui lumine frontem
Rettulit in lucem fellis medicamen aquosi.
Tempore quo primę surgebant moenia romę
Et numa diuinos ritus ⁊ sacra docebat
Ut duce comperto iuuenis venisset in orbem
Cui nomen medea dedit cum phasidis agros
Thessalaq; ęsonidę fugisset regna mariti.
Utq; vir octauus foelici sorte puellam
Duxit: ⁊ a medo diues remeabat araxę
Queq; recedenti natę mandata parentes
Tradiderant inter lachrymas iterataq; sępe
Oscula narrabant: ⁊ facto fine quierunt:

¶ Parthenices liber tercius

Am mare iam tellus italo perterrita marte
Cęsaris imperium romanaq; iura ferebat
Pax erat: ⁊ domitum late placauerat orbem
Tuta quies: nusquam litui: non arma sonabant
Et sua bifrontem claudebant limina ianum

Nudus in herbisecam redigebat martia falcem
Arma faber: segnes fodiebant ensibus agros
Jam marius cimbros rhenicq; subegerat arua
Julius audaces araris rhodanicq; colonos
Aemathium paulus regem grecosq; loquaces
Duxerat insigni capit olia ad alta triumpho
Hesperiam mauros mundas libyamq; potentem
Scipiade: Magnus nilum syriamq; arabesq;
Hyrcanosq; sinus & pontica regna fretumq;
Quod phryges & cylicum disiungit ab hellade campos
Vicerat. euandri collem metuebat olympus
Et tyberim magno pater ennosigeus honore
Suscipiens inter nymphas & numina ponti
Ducebat septum: celebriq; in sede locabat
Leta ceres agris cultum referebat: & altum
Fumabant presso robusti vomere tauri
Augustus rerum dominus regna oppida & ipsos
Indigenas redigi in scriptis mandarat & ibant
Cesareis omnes censum nomenq; daturi
Presidibus: veterem patriam dauidis ioseph
Cum consorte graui bethlemica regna patebat
Jamq; suburbanas edes intrarat & vrbem
Turba frequens complebat: erãt plena omnia multo
Hospite: & ingenti strepitu: pleneq; sonabant
Confuso clamore domus. promiscua vulgi
Congeries atra sub apertis nocte iacebant
Porticibus: nulloq; tegi vagus aduena tecto
Jam poterat. sicut populo cum maximus omni
Pollicitus veniam scelerum post quina sacerdos
Lustra vocat turbas romana in templa fideles

Carmina de beata virgine.

Propterea excisi montis sub rupe cauata
Ligna senex ramosa ferens ex arbore cęsa
Paruula congesto fixit pręsepia fęno.
Et circum iumenta locans asinumq; bouemq;
Fraxinea strauit saxosa cubilia fronde.
Fomiteq; apposito circum de marmore flammas
Excutit: & claris noctem fugat ignibus atram
Binaq; saxa vię lapidoso ex aggere vellens
Pronus humi duo scamna breuem conuoluit in vsum
Admotaq; vxore focis stridentia postq;
Ligna diu lachrymas: nebulaq; humente vapores
Eiecere graues oculis & libera pulsis
Vndiq; flamma micat fumis spelęa ligato
Claudit: & hybernum prohibet velamine frigus
Mox inopem'e dorso cęnam deportat aselli
Cantarus & passę cereris cum frugibus vuę
Carica iuglandes & cum cariotide mala.
Et siliquę dulces & parui caseus orbis
Delicię ruris nocturnę hęc pabula mensę
Vt dapibus sedata fames: de tempore partus
Colloquium subijt: nonum iam currere mensem:
Natalisq; instare dies vt constitit: orant,
Ante grauascentem ne sarcina deserat aluum
Quam patrium limen repetant: notosq; penates
Propterea tardę quantum valuere senectę
Inualide vires marię curam exhibet omnem
Solicita pietate senex: iam languidus ignis
In cineres ibat: leuibusq; albere fauillis
Ceperat & blando nutabant lumina somno
Vestibus explicitis ęgra cum coniuge fessus

Procumbit senior: tepidoqȝ obductis amictu
Stertit: anhelanti stertit spelunca susurro:
Deciderant vmbre nemorum: sine crinibus omnis
Arbor erat: nidosqȝ auium monstrabat inanes
Stabat apex lydi gelida niue candidus hemi
Taurus hyperboreos albenti vertice flatus
Accipiens hyemem assyrias spargebat in vrbes
Mȩnalon: ⁊ rhodopem pholȩn: erymanthon: ⁊ ossam
Idȩas rupes: apȩniniqȝ cacumen
Exuerat frigus penetrans aquilonis acuti
Siccaqȝ brumales vrebant arua pruinȩ
Astrictiqȝ citos vndis glacialibus amnes
Perdiderant cursus: ⁊ clause vitrea nymphȩ
Tecta subintrabant: tepidis vbi mulciber antris
Conditus hybernat: sic sanguine tinctus enipheus
Ausonio: sic thrax pindo qui labitur hebrus
Populiferqȝ padus lacedȩmoniusqȝ eurotas:
Et tanais gelida celerem: qui diuidit vndam
Hyrgis aqua: scithicusqȝ hypanis: xanctus, symoisqȝ
Vix arabes horti: calidȩ vix arua syenes:
Vix ager hesperidum: vix ipse virebat hymetus
Halcyonis fȩtȩ varijs noua pignora pennis
Iam tolli audebant: primosqȝ efferre volatus.
Attulerat medio nox alta silentia cursu
Astraqȝ per tenebras tremulis ardentia flammis
Lustrabant dubio frigentem lumine terram
Occiderant ignes: ⁊ calligauerat antrum
Quom subito matris clausa puer ȩditus aluo
Expulit vmbrosam cȩlesti lumine noctem
Aduenere chori superum: promptiqȝ: agilesqȝ

¶ Carmina de beata virgine

Dulce ministerium nato exhibuere tonanti,
Et dulces cecinere modos tulit ora repente
Territus ac nouitate senex: & strata cubili
Membra leuans: pueri numen recumbantis adorat
Jam leuis est partu nullos experta dolores
Sustulit infantem virgo: pannisq volutum
In presepe tulit. iumentorumq sub ora
Mitia: vbi tractis alternus anhelitus auris
Spirabat pueri trepidos in membra calores.
Fortunata ambo: atq omni prelata ferarum:
Et pecudum numero. seu sit que lactea cyro
Ubera porrexit. seu sit que lucet in astris
Hirta iouis genitrix: seu sit que pauit iberum
Cerua ducem. cedant phrygij: qui sancta leones
Plaustra deum matris subeunt: bacchiq ministre
Lynces: & rapide truculenta animalia tigres
Et lupa: que geminos aluit mauortia fratres
Quiq trahunt martis currus: phebiq iugales:
Uos sola e cunctis diuini conscia partus:
Jnfantiq deo primum exhibuistis honorem
Discite primates orbis: qui sceptra tenetis:
Tegmine qui bifido frontem: qui sacra rubenti
Tempora velatis pileo: quibus ora superbo
Jnflat honor fastu: miseram non temnere sortem
Hic puer obscuri quom primum limina mundi
Attigit: elate docuit deponere frontis
Alta supercilia: atq humilem vestire figuram
Prima hec in nostros obiecta est machina mores
Jnformemq ista reparauit imagine vitam
Mitia sic iumenta: inter mitissima proles.

Virginis innocue iacet: ad spectacula toto
Coelicolum conuersa cohors miratur olympo:
Ima caper coeli cancer suprema tenebat
Et caput attollens secli regina vetusti
Erigone: iunctosqz videns descendere pisces
Prospexit teneros clementi lumine partus
Sunt quoqz qui summum traxisse per ethera caudam
Fronte sub ardenti mersa phlegethonte draconem
Commemoreut: genesimqz velint fecisse sinistram
Sed pia virginee prolis clementia legit
Ipsa sibi genus id fati: non astra tulerunt
Nam neqz sublimi dominum: qui regnat olympo
Credimus a coelo in penam violenter adactum
Tum quoqz montanis letum pastoribus agmen
Diuorum apparens regem clamauit olympi
Querite: qui natus modico iacet abditus antro.
Ite citi: nec vos nox intempesta retardet
Candida formose iam pendet ad vbera matris
Infantem fouet ipsa sinu: noua gaudia mundus
Accipit: et rerum melior contexitur ordo.
Descendit promissa salus: pia numina mundo
Seruauere fidem: felicia secula currunt
Et cum prole noua coelo noua labitur etas
Pax noua terrigenis oritur: noua gloria coelo
Hec diui: gressus illi mouere citatos
Ingressiqz lares dulcem videre puellam
Pascentem teneros lactenti pectore partus
Nam iubar immensum coelo deduxerat infans
Illustriqz die noctis disiecerat vmbram
Mirati lucem insolitam: summumqz decorem

Carmina de beata virgine.

Virginis osq; viri sanctum capitisq; verendi
Caniciem sacram: pulchreq; simillima matri
Pignora virgineum labris mulgentia pectus:
Poplitibus flexis miti sub imagine clausum
Numen adorarunt: mox ad sua septa reuersi
Miserunt celebrem vicina per oppida famam.
Non erat oleniam fama hęc nutrire capellam
Crętea sub rupe iouem: neque tecta canistris
Pascere cecropeas vulcania furta sorores
Sed faustos venisse dies: sperataq; multum
Tempora: quę vates. quę predixere sybillę
Tempore voce luco varijs. at sensibus ijsdem
Disparitas facit ista fidem. nam persica primum
Hęc cecinit. post hanc lybicę telluris alumna
Delphicaq; et cumas veniens a chalcide virgo.
Antiquumq; trahens cognomen ab ęquore rubro
Et samia et regi. quę terna volumina prisco
Attulit. angusteq; fretum. quam nominat helles
Et phrygio nutrita solo queq; ardua tecta
Tyburis et magnę coluit iuga proxima romę
Hęc. cum diuinos cultus. et sacra pararent
Augusto cum plebe patręs cita tyburis arcem
Liquit. et ingentes veniens ad cęsaris aulas
Fulgentem nitido monstrauit in ęthere circum
Irideq; inclusam parua cum prole parentem
Atq; manum tendens. vultuq; ad sidera verso
Ille puer deus est inquit. tu desine cęsar
Velle coli puero quas aras. et templa relinque.
Ille regit cęlos atq; immortalis olympi
Possidet imperium. et fatalia temperat astra

Ille facit pronam tauri incandescere frontem
Et titanis equos ad aquatica brachia cancri
Flectit. et ardentem sub virgine temperat ęstum
Atqꝫ suas seruare vices vaga sidera iussit
Chironem torpere gelu capriumqꝫ niuosis
Imbribus. et glacie strictos requiescere campos:
Messibus ęstates: hyemem niue. purpureum ver
Floribus: autumnum pomis: et frugibus implet
Chasmataqꝫ: et terrę motus: ventosqꝫ sonantes:
Imbriferasqꝫ facit nubes: fulmenqꝫ per ipsa
Nubila contorquens violentos excutit ignes
Ille fretum leuat: ille premit: viteqꝫ. necisqꝫ
Lora tenens: superis legem imponit: et orco
Tu sceptrum mortale geris: te serica nondum
Regna: nec coę nouerunt littora terrę:
Nec scythię glaciale fretum: neqꝫ conscia nili
Principio tellus: nec inhospita rura sienes:
Parua breui te roma sinu concludit: et audes
Te superis ęquare: viamqꝫ ad sidera tentans
Tendis ad obscurę pallentia flumina lethes
Pone precor: cęsar fastus auguste superbos
Teqꝫ (licet tractes vastę telluris habenas:
Esse sub immenso positum reminiscere summi
Principis imperio: cui rerum ęterna potestas
Hęc ait: et patrios petijt sic fata penates
Iam puero iuxta mores: legemqꝫ paternam
Nomen: et indigenę dederant insignia gentis:
Membraqꝫ pertulerant cultros recutite cruentos:
Quom nouus eoo criniti sideris ardor
Mouit ab orbe magos: qui vel quia forsitan astrum

Carmina de beata virgine.

Ante diem partus multo videre: vel ipsa
Quod iumenta magis cursu venere citato
Immensum paucis iter exegere diebus
Herodis monitu: postq̄ monstrata tonantis
Tecta subingressi: puero tria dona dedere
Ad persas aliud per iter rediere colonos.

i Iamq; quater decies croceos titonia coniunx
Extulerat vultus: postq̄ lucina beatos
Miserat in lucem cęlestia semina partus.
Cepheus occiderat: iam sol lustrabat aquari
Vicinas aquilę partes: verisq; redibat
Temperies: zephyros pulsis aquilonibus atlas
Soluere tentabat: coeliq; aperire decorem
Regia post partum virgo: quę limina nunq̄
Liquerat: & breuibus tectis abscondita: nondum
Venerat ad solymas arces: altamq; sionem
Preuigil ante diem petijt cum prole: viroq;
Et cum pauperibus donis salomonia templa
Munus erat veteri gentis de more pudicę
Turturis: aut paphię duo pignora parua columbę.
Ista sacerdoti solymę paupercula matres
Munera pro natis deferre in templa solebant
Luce quaterdecima: minor hęc tamen hostia: maior
Agnus erat: lex ipsa noui post tempora part us
Ante maritales thalamos intrare negabat
Tum meritis longaq; senex venerabilis ęuo
Et claro simeon vultu: niueaq; decorus
Canicie plusquam grauitas anniq; sinebant
Sollicito gressu celsam properabat in ędem
Sanctus enim: qui munda solet per pectora labi

Spiritus: incessu celeri simeona ferebat
Ut voti fieret compos: matrisque futuros
Euentus rerum caneret: seuosque dolores:
Ne collata sibi forsan mysteria voluens
Efflueret fastu pectus muliebre superbo.
Hunc deus assiduis orantem fletibus olim
Audierat tandem: et noctis responsa per umbram
Tradiderat non ante sui ventura sepulchri
Funera: quam fracto deus illucesceret orbi:
Inciperentque noue noua secula currere gentis
Hic igitur dulcem materno a pectore natum
Accipiens letis animis: et fronte serena
Dulce deo carmen: meritasque exsoluere grates
Cepit: et ex alto missam clamabat olympo
Progeniem: et prisce venisse piacula culpe:
Et sic fatidicis soluit sua vocibus ora
Jam mea sancte pater: fueras velut ante locutus
Ultima pacifico concludis tempora fine
Namque salutarem partum tua maxima dona
Uidimus his oculis: his sustent animus vlnis
Immensam reseras lucem: populique sub ora
Mittis. vt omnigenas celesti lumine gentes
Clarificet: crescatque tue noua gloria plebi
Tum matri conuersus ait: tua pectora virgo
Languor: et ingenti dolor implacabilis ictu
Stringet agens altum: mesta in precordia vulnus:
Tu genitum flebis plusquam fleuere sorores
Heliades fratrem: plusquam vaga luxit osirim
Uxor. et andromache paruum astyanacta: ceresque
Progeniem a nigro raptam plutone sub umbras

¶ Carmina de beata virgine

Heu miseram halcyonem videor: tristemqꝫ videre
Thesea per dios ariadnam querere campos
Tantalidem fletu lachrymis ciseida vinces
Sed patere: ⁊ forti tolerans fer omnia mente
Mercibus his emitur coelum: taliqꝫ petuntur
Aetherij portus: ⁊ vitę littora vento
Ipse tibi vires deus implluet: ipse cadentem
Eriget: ⁊ tecum cassus comes ibit in omnis
Et tandem lachrymę in risus: in dulcia męror
Gaudia transibit: toto veneraberis orbe
Terrarum: ⁊ summi regina vocabere coeli
Ipse salutari socios vbi lauerit olim
Amne puer: nostrumqꝫ ad se genus omne vocarit:
Terrigenę tibi sacra ferent. tibi candida seruat
Saxa paros: tibi thura legunt adolenda sabęi
Ipse tibi largos dudum carmelus honores
Cogitat: ⁊ natos foelicibus educat antris
Qui tibi perpetuam niueo testentur amictu
Mundiciem: montisqꝫ tuum cum nomine nomen
Aeterna compage ligent. tu mundior auro.
Tu niue candidior: veneris tu clarior astro
Nec tua virginitas partu viciata: nec vllis
Iste tuus poterit maculis nigrescere candor
Propterea nec adhuc fueras obnoxia morem
Legittimum. ⁊ iuste poteras his parcere donis
Tempus erit: quo sera olim nostri memor ętas
Hac sacrum solemne die tibi ponet ad aras.
Luminaqꝫ ornatę longo feret ordine pompę.
Tunc tuus aurata gradiens in veste sacerdos
Carmina nrā canet: nubēqꝫ effundet odorā

Templa per: ꝛ gratum rapiet procul aura vaporem
Et quoniam vestris mea sunt vestigia plantis
Obuia: posteritas hanc appellabit hypantem
Uoce diem gratia. crebrisq; erit ignea tedis
Hec senior vates. eadem presaga canebat.
Assidue: ꝛ repetens turbas vulgabat in omnes
Anna: deo que longa sui sacrauerat eui
Tempora. non illam noctes excedere templo
Non cogebat hyems: non ignea solibus estas
Cunctaq; sub memori seruabat pectore virgo.
h Aec igitur fame nouitas: cocliq; per altos
Incedens tractus vultu noua flamma corusco
Inuidie stimulis: odiisq; ardente veneno
Succendere animos regis: mentemq; superbam
Rex erat herodes solymis. de sanguine cretus
Gentis idumee. sceptrum iudea propago
Perdiderat: seuumq; ferens inuita tyrannum
Ammissos regni veteris plorabat honores
Ipse igitur regis metuens hec signa futuri
Protinus: innocuo bethlemica rura cruore
Tinxit: ꝛ effusa ingenti per tecta: per agros
Cede domos lachrymis impleuit. ꝛ ethera planctu
Merentes erebi campos insontibus vmbris
Sed neque: quod scelus infoelix tentauit adeptum est
Nam vigil ante leui dederat pater ista ministro
Que ferret mandata seni: cui tradita dudum
Cura noui partus fuerat: tenereq; parentis
Subtrahe venturo puerum: matremq; periclo
Et pete niligenas: cladem: ꝛ seuissima iussa
Rex parat infanti: sparso iam rura natabunt

Sanguine: de matrum sinibus sua pignora miles
Aufert: allidens teneras ad marmora frontes:
Atq3 in frustra secans paruos crudeliter artus
Sparget: ꝛ ingenti resonabunt omnia luctu.
Territus hoc monitu senio vicina petiuit
Regna phari: ꝛ lybicis contermina syrtibus arua:
Hermopolimq3 domum tutam perduxit in vrbem
Mox theben. quondam portis celeberrima centum
Męnia: pensilibus tectis: templisq3 deorum
Claruit. imperium quom rex busiris habebat.
Dehinc memphitis agros: feriunt vbi sidera celsę
Pyramides: opus ęterna memorabile fama.
Hic tandem hospicio patrij susceptus amici
Artifices versare manus: victumq3 labore
Rimari: ꝛ dure studuit succurrere sorti.
Utq3 erat ingenio pręstans vsuq3 peritus
Assiduo: ꝛ quoniam rebus solertia maior
Semper adest miseris: animumq3 exercet egestas:
Uirtutis non pauca suę monumenta reliquit
Ipse myron laudasset opus: opus laudasset ꝛ ipse
Praxitiles: nec phidiaco cessisset honori
Seu ferum: seu mallet ebur: seu sculpere cedrum
Promptus erat: tabulis omnes inscripsit ahenis
Arsacidas: parthosq3 duces: ꝛ gentis achiuę
Cecropidas: ꝛ qui regni tenuere latini
Littora murranos: post quos troiano propago
Syluius albana stabat cum prole. sedensq3
Augustus cum patre alto sublimis in auro
Et ptolemęorum seriem: nilumq3 per agros
Aethiopum curuis voluentem flumina ripis

Finxit. ⁊ excelsam nocturna lampade turrim
Aequore lucentem phario: sparsasq; regentem
Tempestate rates: ⁊ fessos turbine nautas:
Hoc fabri senioris opus: nec vile recepit
Hoc opere ex tanto precium: paruam ve peculi
Congeriem: his studiis vitam: exiliumq; trahebat
Letius: ⁊ magno victum querebat alumno
Tum romę parebat ager memphiticus: olim
Diuitis ęgypti sceptrum ptolomęa propago
Gesserat. at regni princeps. ac s..ninis auctor
Unus alexandri comitum fuit: ipse potentem
Perdomuit libyam: circumq; iacentia regna
Cyrenes: arabumq; procul lęta arua subegit
Mox tantas philadelphus opes patre digna propago
Suscepit sophię specimen: clarusq; mineruę
Cultor: ⁊ imperium tenuit cum fratre cerauno
Stirps extrema domus tantę dionysius euo:
Et virtute minor: nec nomine dignus auorum
Omne suę gentis decus obscurauit ⁊ vno
In scelere extincta est longęuę gloria laudis
Hic fuit extinctor Magni: qui cęsaris arma
Fortuneq; graues fluctus pro ciuibus: ⁊ pro
Libertate tulit patria: cui numina: si non
Et coelos fortuna regit: post fata dedisse
Attria crediderim stigiis minus aspera campis
Tunc erat hermopoli foliis: pomoq; salubri
Utilis ęgrotis arbor. quę virgine visa
Pignore cum paruo summum flexisse cacumen
Fertur. ⁊ occulti nomen sensisse tonantis
Hęc erat a medis arbor translata colonis

¶ Carmina de beata virgine.

Perpetuo frondens et medica mala ferebat
Parthenices primo ingressu: simulachra per omne
Legimus egyptum subita cecidisse ruina:
Et collisa solo: iacuit resupinus anubis
Cornibus auratis solio ruit isis ab alto
Occidit extemplo luctu quesitus osiris
Sicut cum trepidi per ceca silentia fures
Noctis eunt taciti. vigilantque ad furta: repente
Si densas abigat lux improuisa tenebras
Difugiunt: lucemque timent: ceduntque diei
Attoniti vates illis responsa diebus
Nulla dabant: stabatque oculos immotus aruspex
Sparsa sacerdotes timido legere deorum
Frusta ministerio: cepit tunc perdere vires
Ceca superstitio: veri que exurgere patris
Cultus: et occulto superum latrea fauore
Quo studio natum: qua sollicitudine mater
Sancta quibus curis. et qua curauerit arte
Non si mille mihi boreas inflauerit ora
Milleque veloces surgat in carmina lingue
Expressisse satis liceat: tollebat in vlnas
Et figens oculis oculos precordia flammis
Dulcibus vrebat: teneros amplexibus artus
Stringebat lachrymans: rosee dabat oscula fronti
Vbereque exerto dulcem inuitabat ad escam
Expertem sermonis adhuc: nec verba valentem
Soluere progeniem: summoque ardebat amore
Quom primum dulces infans proferre loquelas
Cepit: et alternis vestigia figere plantis:
Mater ei tunicas habiles ordita: nouumque

Vestis opus: niueo puerum velauit amictu
Suspitiensq; polos inquit. date numina vesti
Incrementa meę: pueri cum corpore semper
Crescat: & ad sanctos vltro se accommodet artus
Non gladium. tineam ve ferat: non trita senectę
Cędat: & hęc nostri durent monumenta laboris
Sic ait. & tenui gaudentem cyclade natum
Spectabat defixa oculos: dextraq; regebat
Ambiguos gressus. in pignore prouida semper
Sollicitę mens matris erat: pia voluere verba
Et superum laudare patrem studiosa monebat
Atq; manu victum quęrens: sub paupere tecto
Assiduum tractabat opus. non mobilis illi
Frons erat: aut subito pectus mutabile motu
Grata sed illius mentem: vultumq; decoro
Pondere firmabat grauitas. non męsta nec atrum
Torua supercilium. nec aperto effusa cachinno
Sed clara & miti facies condita lepore
Non ridens. non tristis erat. sed mixtus vtroq;
Vultus. humiq; oculos semper conuersa nitentes.
Offuscare decus viuamq; abscondere formam
Cura fuit. semper vulgus. manifestaq; semper
Compita. congressus hominum vitauit & ora
Gaudia natus erat: natus solatia. natus
Curarum leniinen erat. matri ista voluptas
Sola fuit. terram membris habitabat olympum
Mente. nec a studijs potuisset talibus vnq;
Diuelli. pietas imis immersa medullis
Hęserat. & firmas virtus incocta sub alto
Pectore radices pulsa vndiq; sorde per omnes

¶ Carmina de beata virgine.

Spargebat late synceri corporis artus
His superadd: derat diuinę semina lucis
Cęlestiq; pater totam lustrauerat igne
Non illam terrenus amor. non vlla caduci
Cura boni. non spes vitę. non tristis imago
Horriferę mortis. nec honor: nec fama mouebat
Hic fuit a prima seruatus origine semper
Viuendi modus ad gelidi nigra vsq; sepulchri
Limina. sicut enim assiduis quę vapulat vndis
Dura silex immota manet. nec murmura ponti
Nec metuit ventos tempestatesq; sonoras
Quoq; magis premitur. tanto fit leuior ęstu
Sic inconcussum firmato robore pectus
Fortunę quascunq; minas. quoscunq; labores
Erumnasq; tulit. patiens terit omnia virtus:
Aegyptus pluuiam nescit. sed lata quotannis
Cum premit ęquorei sol humida brachia cancri
Arua rigat nilus: verum his foecundior annis
Exijt: ⁊ campos melioribus imbuit vndis
Largius ⁊ segetes illis. ⁊ poma diebus
Protulit omnis ager: pręsentia numina tellus
Sensit: ⁊ illius radijs foelicibus ęther
Intima maiori compleuit viscera partu
Iam ferus herodes fato sublatus: ad vndam
Raptus erat stygiam ęterna cruciandus erinne:
Et post prima fugę iam septima venerat ęstas
Tempora: iamq; pedes puer exercebat: ⁊ ora
Rectius: ⁊ formę dulci florebat honore
Quom diuis iterum galilea mouentibus arua
Ocyus ęgypti laribus petiere relictis

Nec bethleem tetigere domos. nec rura sionis
Archelios nam tunc solyma regnabat in ora
Natorum primi herodis seuissimus: illo
Post lustrum expulso dulci cum pignore mater
Longeuusqꝫ senex ad primi maxima veris
Orgia. quom typico faciunt solemniter agno
Conuenere. puer subitę sese abdidit vmbra
Nubis: ab aspectu matris sublatus: in alta
Templa sacerdotis inter: legisqꝫ magistros
Mirantem vario tenuit problemate turbam
Tres illum gemebunda dies: tres anxia noctes
Agnatos natosqꝫ inter per rura: per vrbem
Cum tremulo consorte pares quesiuit: ꝛ auras
Questibus impleuit: lachrymisqꝫ tepentibus ora
Sepius hęc iterans: magni mi nate tonantis
Progenies: si terram habitas: te ostende parenti
An potes ardorem hunc afflictę spernere mentis
Sic cęlos: ęterno patris si regna petisti:
Me quoqꝫ depositis in sidera collige membris
Vel viuam me tolle precor. quo veneris: ęquum est
Me quoqꝫ nate sequi: tuus est ex saguine sanguis:
Ex membris tua membra meis. ex corpore corpus
Quod tociens alimenta dedit tibi lactea pectus
Ferre potes tantis curarum molibus angi:
Tertia lux aderat quom se querentibus vltro
Obtulit: ꝛ media sese monstrauit in ęde
Tunc illum formosa parens amplexa quid inquit
Nate tot in lachrymas tanta in suspiria mittis
Me miseram: tristemqꝫ virum: tum lumina tollens
In matrem genitus dulces se misit in vlnas

Carmina de beata virgine.

Et post ter senas hyemes. quom sydera capri
Linqueret hydrophoro iuueni vicinus apollo
Cęligenam sobolem placido sermone precata est.
Tethyos vt latices dulci mutaret biaccho
Albaq purpureos assumeret vnda colores
Ornaretq noua conuiuia sancta liquore
Tum primum veteri deus innotescere mundo
Cępit: et antiqui nebulas excludere secli,
Propterea stygio feruens iudea furore
Terribiles illi penas: commentaq fraudis
Strinxit inauditę: sub iniquo iudice tandem
Damnatum fixere cruci: quem pallida mater
Contemplata diu stetit: et suspiria ducens
Cum vellet clamare sonus non affuit ori
Ploranti lachryme deerant: cum tangere corpus
Tentat: et ad tristes extendere brachia plantas
Phydiacę similis statuę sine sensibus hęsit
Corda sopor gelidus clausit: caua lumina nubes
Texit: et amisso ceciderunt robore membra.
Ast vbi colapsam famulę. comitesq leuarunt
Atq fatigatos sensim vigor imbuit artus
Conuerso ad natum tales dedit ore querelas
O decus. o placidum diuine frontis honorem
O faciem. o mitis clementia lumina vultus
O sine fraude manus: o nescia criminis ora:
Ora mea totiens gremio inclinata: meaq
Contrectata manu totiens: primisq sub annis
Hoc misero nutrita sinu. gestata lacertis
Membra meis totiens: summoq ex ęthere miris
Lapsa modis: quę me facitis sine coniuge matrem

Non ego vos: & si simeon crudelia fata
Precinuit: tanto credebam nata dolori
Nec paritura mihi tantum meroris: & ausus
Est quisquam scelus hoc ingens: non horruit ergo
Mens humana nefas tantum: quid criminis in te
Nate: quid & tante potuit quis fingere culpę
Tanta ne lętheos manes audacie mouit:
Tanta ne terrigenas homines dementia pressit
Hoc liuoris opus: tantas amor improbus auri
Parturit insidias: hęc sunt dulcissima proles
Quę te. meque necant: sceleri scelus arma ministrat
Justicięque ratis duplici perit obruta vento
Flete viri: sanctęque nurus: nulla audijt ętas
Par facinus: perit humana sub imagine mundi
Conditor: ipse cauum coeli: qui sustinet axem:
Terra quid auctorum sceleris vestigia portas
Auctorem cognosce tuum: date signa doloris
Sidera: damnatus iuuenis sub iudice falso:
Adiutore carens: inter furibunda relictus
Agmina: solus: inops. plantas. caput. ora. manusque
Saucius. & duro traiectus pectora ferro.
Unica desertę soboles. spes vnica matri
Heu moritur. virtuti honor hic: hęc premia dantur
Moribus innocuis: prohibe tua lumina titan
Abde caput nebulis: aer precor indue noctem
Omnia. quę coeli gremio capiuntur. & ipsi
Si deus hic nobis. mariam misere scite cęli.
Et plorate mei mecum crudelia nati
Funera lugubrem domini cognoscite casum
Uah populo: patribusque tuis sanctissima quondam

¶ Carmina de beata virgine.

Nunc scelerum sentina sion. tua crimina quantis
Te implicuere malis. vnum quot funera funus
Parturiet: lux vna omnes pessum dedit annos
Nate dei: qui fers humana piacula solus
Me affligi simul. atq; tuos sentire dolores
Cogit amor. natura iubet: mihi ferrea plantas
Spicula. mortiferę penetrant mea pectora sentes
Cordaq; dilaniant. miseros vix sustinet artus
Spiritus. atq; vtinam tecum mihi nate liceret
Afflictos finire dies. ⁊ cędere vita
Omnia te nobis melius presente ferebam
Sed postq; te liuor ędax. ⁊ auara cupido
Oppressere: nihil superest nisi triste ⁊ amarum
Nulla meis sine te solatia. nulla voluptas
Rebus erit: tecum pereunt mea gaudia. tecum
Omne meum solamen obit. suspiria tantum
Singultusq; mihi sine te. ⁊ lamenta supersunt
Ah q; dulce foret matri: si viribus vsus
Nate tuis proprię fugeres dispendia vitę
At postq; pietas. ⁊ inenarrabilis ardor
Tanta pati: tantoq; premi te pondere cogunt:
Esto mei saltem memor: ⁊ miserere tuorum
Quos moriens inter tam sęuos deseris hostes
Postq; tuos matrem reditus mi nate reuise
Et ne adeo magni teneat te cura parentis
Vt tibi desertę subeant obliuia matris
Aduentus sperare tuos concede parenti.
Atq; tuos iterum vultus: atq; ora tueri.
Hęc mihi spes lenimen erit: curasq; leuabit
Ista fides: oro ne post tua funera linquas

Suspensam me nate diu: sed te ocyus ipsum
Redde tuis: hoc materno da munus amori
Spes est longa dolor: promissaqꝫ munera amanti
Expectare diu labor est: ⁊ pondus iniquum.
Hactenus et si me casus timor iste futuri
Ambiguam premeret: tua ꝙ tamen ora licebat
Cernere me vite nunqꝫ tedebat: ⁊ omnem
Tollebat tua sola salus mihi cognita curam.
Vita mihi semper post inuisa futura est.
Nulla dies lachrymis vnqꝫ: gemituqꝫ carebit
Et viuam moriens: erit ⁊ vita ipsa sepulchrum
Sola domo incerta lucem pertesa latebo
Propterea prohibet istius me nate teneri
Exilio vitę. finemqꝫ impone dolori:
Atqꝫ dies pręcide meos: neu desere matrem
Hostiles inter: turbas: plebemqꝫ cruentam
Ad nostros vbi victor auos sub nocte latentes
Veneris: oro meum iubeas saluere nepotem:
Illum ad me duc nate precor: tecumqꝫ resurgat.
Interea ipsa tuos comites solabor: ⁊ istos
Ne nimium casus timeant studiosa rogabo:
Talibus ęgra parens ad natum vocibus vsa est
Hęc lamenta solum mouere tremoribus: alpes
Expressere metum: collisaqꝫ saxa per auras
Terrifico strepuere sono: titania lampas
Occidit extemplo: medioqꝫ expalluit axe
Astra simul solemqꝫ dies amisit: olympum
Aequora tellurem subita nox abstulit vmbra
Ipse repentinos rerum natura tumultus
Admirata caput circumuertebat: ⁊ vrbem

Carmina de beata virgine

Perlustrans: tantorum operum discernere causas
Non valuit: sacrosqꝫ leuans in sidera vultus:
Numina mutato dixit mea regna lacessunt
Ordine: grande aliquid tantis elementa fatentur
Montibus: aut superos iterum discordia vexat
Aut opus immensum coelo deus euocat: ingens
Insolitumqꝫ aliquid certe hęc portenta loquuntur.
Signa dedit tellus: vtinam bene vertat: ⁊ astra
Hęc ait: attonitę cęca calligine gentes
Versa sub ęternam timuerunt sęcula noctem
Fletibus his aderat iuuenis: qui sponte relicta
Coniuge dilecto voluit comes ire magistro:
Hunc igitur cum iam traheret suspiria christus
Ultima: ⁊ vrgeret supremus anhelitus ora
Singultire videns fleuit: paulumqꝫ leuatis
Luminibus: comitum dixit charissime salue
Quem neqꝫ blanditijs potuit mollire voluptas
Non terrere minę: non inclinare labores
Nunc habeo grates: referamqꝫ fideliter olim:
Quod mea pretuleris viridi consortia vitę
Soluo: ⁊ in casu comes es mihi solus acerbo.
Morte premor dare postremis mandata loquelis
Pauca sinor: fuit hęc: licuit dum viuere: nobis
Sed post hac tibi mater erit: tibi namqꝫ relinquo
Et curam ⁊ nomen nati. seruabis amorem
In matrem sobrine meum: possessor ⁊ heres
Ipse meę pietatis eris: per saucia testor
Brachia: per plantas: capitisqꝫ asperrima serta
Huic miserę fer opem viduę: mox fronte parumper
In mariam versata: tua sint hec pignora dixit

Hic mulier tibi natus erit: solabitur egram
Atq; operam rebus dabit officiosus agendis.
Viue. nec aduersos inter te desere casus: .
Nec fugias mala nec queras: uenientia ferto
Sic fatus posuit faciem: de fronte loquentis
Pallida confusus lachrymis cruor ibat in ora.
Talibus admonuit matrem sine nomine matris
Ne materna pium laniaret uiscera nomen.
Suscepit iuuenis grate: matremq; amitamq;:
Et satis officio fecit nati. atq; nepotis
Donec perfidie crescens audacia passim
Castra dei genus electum peregrina coegit
Littora: & ignoti noua regna inuisere mundi
Tunc omnes patriam: & solymos liquere penates
Morte: uel exilio pulsi. robusta diserti.
Tum stephani pietas inter uolitantia saxa
Enituit: templi preceps iacobus ab alto
Culmine deiectus fractis ad marmora membris
Testis: & exemplum fidei immortale reluxit
Post longos tandem gemitus post funera natum
Prima resurgentem uidit: nam conscius ipse
Materni meroris: auos ubi traxit ab orco:
Mane sub auroram ingenti cum luce parentis
Tecta subingrediens: quid tot singultibus inquit
Chara parens: quid te fletu consumis acerbo:
En tua progenies adsum: mecumq; nepotis
Umbra tui: cognosce manus: ueteremq; figuram
Oris & ista tuis mea membra simillima membris
Cur tantos nostro sparsisti in funere planctus
Ipse tuas grauius uoces: animiq; dolorem

¶ Carmina de beata virgine.

Quam tormenta tuli: sed iam aspera cuncta peregi:
Nil superest mortale in me: nil triste relictum
Vicinus infernos gentemque subegimus atram
Pone metus: curasque parens: hilarique beatum
Fronte diem celebra: paruo post tempore mecum
Immortalis eris: sceptrumque tenebis olympi
Sic fatus subito tenues discessit in auras
Hoc visu redicre animi. viresque resumpsit
Parthenice ammissas: per eburnea mēbra cucurrit
Purpureus color: & formę reuocauit honorem
Sicut cum rapido noua gramina pertulit ęstu
Phębus & egregium calor abstulit oris honorem
Si nouis humenti labatur ab aere nymbus
Et scatebris riget omne solum vetus intrat in herbas
Robur: & agrorum redit instaurata venustas
Narcisci caput extollunt: peneia ridet
Laurus: & exultant hilares per rura napeę:
Ipsa aderat quom nube deus circumdatus alba
Iuit in ęthercam socijs mirantibus arcem:
Et quom flammiferę venit sub imagine linguę
Spiritus: ingenti resonans per tecta fragore.
Tum noua pacifice fidei mandata ferentes
Discipuli solymis orbem inuasere relictis.
Tempore namque illo vires atque arma quiritum
Humanum vicere genus: & inermia christi
Castra deos: veteres ausus imitata gigantum
In vidua deserta domo rerum indiga virgo
Coniuge defuncto: natoque in regna recepto
Ducebat tristi vitam merore iacentem:
Iam charas olim comites martham atque sororem

Eurus ad occiduum tulerat sine remige littus
Propterea ammissi querens solatia nati
Palladię collem dederant cui nomina silue
Et loca: quę curare magis quondam ille solebat
Assiduę tanq̃ prolem visura petebat
Impatiens amor est: maioraq; viribus audet
Seq; reperturum credit quę ardentius optat
Inter cęsareas arces: tiriosq; colonos:
Et vada iordanis frontem carmelus in auras
Tollit: & assiduos latices in vertice summo
Parturiens syluas salientibus irrigat vndis
Atq; supercilio sensim demissus ab alto
Ultima carpathium vestigia mittit in ęquor:
Abluiturq; fretis paphie quibus insula diues
Cingitur. & pharios videt alto a culmine fluctus
Mons patrum pietate sacer: lateq; priorum
Inclytus hospitio vatum: nam dicitur illinc
Discipulo ambustam iaciens ex acre vestem
Helias ardenti coelum petijsse volatu:
Illinc perpetuis: ceu missi e fontibus amnes
Relligio: & sacri fluxit reuerentia cultus
Quicquid habent alij montes pietatis ab isto
Ducitur: hac vna plures e vite racemi
Diffusi late terras. atq; ęquora complent
Hinc cartusiacis ęterna silentia claustris
Hinc varias benedictus oues collegit: ab isto
Canabe nodosa tunicas arcere fluentes
Lignipedes didicere viri: quiq; arua colebant
Inuia: & assiduo terras ardore colentes
Et quos cyriacus de littore vexit ibero

¶ Carmina de beata virgine.

Hinc orti: sanctum & summo genus ęthere dignum
Hic nostri venere patres: habitacula montis
Culmen adhuc seruat toto apparentia ponto
Quę nostri posuere ataui modo possidet hostis
Barbarus: expulsę solem petiere cadentem
Arctoasq; domus: & gentis regna latinę
Relliquię antiqui generis: vatumq; propago:
Quę ferrugineos humeris circumdat amictus
Veste sub albenti: nec sumit ab arte colorem
Huc igitur si quando quies: vacuumq; negoci
Tempus erat: veniens curas lenibat: & ipsa
Maiestate loci large oblectata redibat
Propterea montana viri spelęa colentes
Audito illius fato sublime sacellum
Apricis posuere iugis primi. atq; quotannis
Sacra instaurantes hymnos: & tura ferebant
Namq; ipsi sese: mox vt vulgata salutis
Fama fuit: christi magnis iunxere ministris
Fautores operis sancti: sociosq; laborum
Propterea istorum longos seruata per annos
Posteritas iungit marię cum nomine montis
Nomina carmeli: niueoq; insignis amictu
Perpetuum seruat priscę pietatis honorem
Hos quoq; virginei penes est reuerentia cultus
Pręcipua seruata fide: velut herculis olim
Sacra poticigenę custodiuere nepotes
Hoc deus: hoc magnę petri qui pręsidet aulę
Pastor: & ęternis orbem moderatur habenis
Sępius accitis patribus sacroq; senatu
Sanxit: & ęra notis signata bifrontibus extant

Pastor in anthiochi celebres ignatius agros
Venerat: et sacros petri sortitus honores
Sancta per assyrios pascebat ouilia campos
Ita super mira nascentis origine christi
Et teneri studijs eui: viteque prioris
Moribus ad matrem dedit: accepitque tabellas
His adeo incaluit patrię cęlestis amore:
Obuius vt fatis vltro progressus in ipsos
Se tulerit traiani enses: et in ore leonum.
Quin et defuncti scrutatus corda satelles
Auratis inscripta notis inuenit Jesu
Nomina: sic grauibus dictis: suasuque potenti
Intima discipuli penetrarat pectora virgo
Ac si quis partho missurus spicula cornu
Cupidis ętate trahat, impellatque sagittam.
Jamque propinquabant cani: rugęque venustam
Crispabant faciem: formeque inimica senectus
Venerat: at pulchros ętas ne frangeret artus
Lumina ne longo iam caligantia fletu
Inducerent tenebras: fierentque obnoxia nocti
Dicitur ęternum matris pro funere natus
Talibus alloquijs interpellasse parentem
Magne pater qui me terrę ne regna perirent
Corpus et humanos iussisti assumere vultus
Aspicis annoso genetrix vt frigeat ęuo
Deformisque situ senij tabescat et annis
Curuetur grauibus: spacium vitale peregit
Jam satis erumnas: inopisque incomoda vitę
Pertulit assiduo satis est attrita labore
Martis et eximie ratio virtutis habenda est

Carmina de beata virgine

Da sceptrum cęleste meę: promissaqꝫ matri
Regna pater: longeqꝫ diem succedere nocti
Jam videat: muteteqꝫ suos in gaudia luctus
Et quia nec vitę labem nec originis vllam
Nouit: ⁊ antiquum retinet sincera pudorem
Maiestate tua dignum non arbitror istud
Tam sanctum tellure pati putrescere corpus
Sic ait: at placido postqꝫ pater annuit ore
Jn diuersa leues premisit regna ministros
Qui comites olim vitę mortalis in vnum
Colligerent: matrisqꝫ illos ad limina ferrent
Obsequium dominę tumuloqꝫ extrema daturos
Officia: ⁊ celebri ducturos funera ritu
Jpse ferens textam phębi de lumine vestem
Claraqꝫ bissenis matri diademata flammis
Nazareth ex alto petijt non solus olympo.
Nam regem comitata suum cęlestia passim
Agmina solemnes fecere per aera pompas:
Et festam duxere diem: veterisqꝫ nouęqꝫ
Legis ⁊ ex omni volitabunt ordine turmę
Ante alios dauid ⁊ murice clarus ⁊ auro
Argutam plectro citharam pulsabat eburno
Et veteres ducebat auos. cupidusqꝫ videndi
Virgineos obitus celeri per inania lapsu
Jbat ⁊ ethereo mulcebat nubila cantu.
Ceu cum fata gemens cygnus vicina canoro
Gutture ⁊ extrema canit ad sua funera voce
Pone sequebantur vates: coma fusa per auras
Nabat ⁊ in tenui ventus ludebat amictu
Parthenice angusto recubabat fessa cubili

Et lachrymans requiem orabat: finemq; laborum
Progenies igitur diuorum astante corona
Sedit: & egrotam sic est affata parentem
Alma parens mecum diuturna pericula quondam
Et sine me perpessa tribus mala plurima lustris
Credideras forsan citius me nostra daturum
Regna tibi: quia mater eras. humana volebat
Hoc pietas: & amor preceps. lex altera coelo est
Nos etenim lento penas & premia semper
Cogimus ire gradu: meritis vt premia crescant
Et vitare grauem nedum solertia possit
Uerum & segnities penam: clementia summi
Tanta patris tali humanum genus arte gubernat
Hec mora longa fuit pietas & gratia maior
Semper enim tibi creuit honor: tua gloria semper
Aucta magis: iam prima sibi loca vendicat inter
Spirituum sanctos cetus in vertice mundi
Nam quo quisq; magis sortem patienter acerbam
Pertulerit viuens: tanto sublimius ibit
Orbe alio: patriq; magis vicina tenebit
Tecta meo: foelix igitur cui victa voluptas
Terga dedit: longi quem non fregere labores
Huiuane spatium vite componere fas est
Hippodromo: celeres per quem rota feruida currus
Uoluit: & assiduo concretus puluere sudor
Membra virum tepido reddit deformia limo
Ambigui rerum euentus: suspiria longo
Cum gemitu: lachrymis turgentia lumina: pallor
Plumbeus: exangui tristes formidine vultus
Cura vigil: labor ossa domans: dolor anxius omnem

¶ Carmina de beata virgine.

Sollicitant hominum vitam: terraqꝫ mariqꝫ
Obijciunt sese passim: prudentia frenis
Talibus humanos ausus diuina cohercet:
Tranquillamqꝫ negat pacem mortalibus ęgris
Eneruare solent securas ocia mentes
Et vicijs vmbrare animas. vt puluis aquoso
Imbre coit: leuibusqꝫ rapi iam nescit ab euris
Sic aduersa premit sensus fortuna rebelles:
Et cogit parere deo: morbososqꝫ latentes
Pellit: ⁊ ardentes in pectore mitigat ęstus
Ut sale consperso longos seruantur in vsus
Uiscera: nec lędi sanie nec tempore possunt:
Sic duris animi rebus firmantur: ⁊ omnem
Abijciunt pestis causam: sors aspera tutum
Prębet iter: via sidereos hęc ducit in arces
Hac rate feruentes pelagi superenatat vndas
Qui petit ęterni portus ⁊ littora regni·
Uidisti qui me casus voluere meosqꝫ:
Communi exilio pulsi varijsqꝫ per orbem
Supplicijs acti sorte exercentur iniqua
Et nunc extremis gallorum finibus: exul
Martha sororqꝫ latent: quas implacata malingnis
Gens odijs vento exposuit pelagoqꝫ minaci.
Ipse dedi faciles cursus euroqꝫ secundo
Per rhodon: ⁊ crete fines: ⁊ neriton altam
Scyllęumqꝫ fretum tyrrhena per ęquora vectas
Littore longinquo exposui: qua gallicus altum
Illabens rhodanus: cirneas diuidit vndas
Hactenus hęc. iam tempus adest: ⁊ inertia vite
Pondera deijciens cęlum: supremaqꝫ mundi

Regna petas. ₇ promisso potiaris olympo
Hęc genitus. lęto genitrix hęc reddidit ore.
Nate: diu expectate mihi multisq₃ vocate:
Supplitijs tandem: exilio finem: atq₃ labori
Pone meo. cur tantum oro mea gaudia differs
Sed tamen ante tuos isto quam e corpore migrem
Da videam fratres: stygiosq₃ hinc eijce manes
Ne mihi tartarei vultus: tristesue figurę
Horrorem incutiant mortis gelidumq₃ timorem.
Nec dum finierat: quom iam duodena per aurat
Lęta cohors aderat: cilicium reuocatus ab oris
Hic erat: a gręcis alius trans pelion atq₃
Tethios euboicę fluctus minoiaq₃ arua
Et mare carpat hium: sitientibus alter ab indis:
Alter ab ęthiopum: siccis translatus harenis
Transq₃ domum arabum. rubri trans littora ponti
Ille per europę populos a gente latina
Transierat veniens siculos: pelopisq₃ penates
Phębeamq₃ rhodum: sparsasq₃ per ęquora terras.
Mox animos erebi quot erant per tecta: per auras
In cęcum deus ire cahos mandauit: ₇ altis
Immergi tenebris: atq₃ intra tartara claudi
Tum niueam mentem domibus dissoluit opacis:
Et super iniecit tulerat quę dona parenti:
At gelidum tepido iacuit sine sanguine corpus
Splenduit ęthereo: mens immortalis amictu:
Cui superum mirata cohors arridet: ₇ altis
Gaudia sintillant animis: dominamq₃ salutant:
Insonuere poli: longeq₃ auditus ab alto
Concentus: mixtumq₃ melos: pars ocyus acta

Carmina de beata virgine.

Clarius ⁊ cantu late resonabat acuto
Tarda ibat grauiore sono: qui sidera volunt
Nunc gelidum versus boream pigrumqȝ bootem
Nunc austros contra coeliqȝ latentis ad axem
Cursibus assiduis orbes: qui lucida paruo
Circuitu versant in summis orbibus astra:
Hi quoqȝ concordi vocum discrimine carmen
Immortale dabant: tellus mare risit ⁊ aer
Ipsa sinu matrem proles complexa per altos
Aeris ascendit tractus: iuxtaqȝ paternum
Ad leuam solium sublimi in sede locauit
Interea missi strato imposuere feretro
Solliciti exanimum corpus gremioqȝ dederunt
Vallis: vbi magnum mundi: ⁊ generale futurum est
Iudicium: ⁊ tali signarunt carmine marmor
Parthenicę diuum dominę: matrisqȝ tonantis
Terga ferę titan nemeę extrema tenebat
Fulgentem cratera inter: claramqȝ coronam
Verum illud nati imperio post tempore paruo
Ablutum iordanis aquis terręqȝ resecto
Pondere: ⁊ ardenti vestitum luce nihilqȝ
Iam mortale tenens celeres in sidera diui
Tollentes iterum menti imposuere beatę
Ipsa tenens sceptrum ⁊ nitido diademate fulgens
Cincta caput: terras amat: atqȝ vocata fauorem
Impluit: ⁊ coeli lucentibus imperat astris

Finis

¶ Fratris Baptiste Mantuani Carmelite ad beatam virginem Votum.

a

O tua confugio supplex altaria virgo
Et fero nocturnas in tua templa preces
Tu nros etenim potis es depellere morbos
Aegraqz de tepido membra leuare thoro
Te deus & terre fecit: coeliqz potentem
Et tibi cocytus cum phlegethonte subest
Signa tenes regni fuluum caput induit aurum
Virgineam decorat regia virga manum.
Albicat intactum niueo velamine corpus
Et tenuem pingunt aurea mala togam
Aurea non sterilem demonstrant mala puellam:
Indicium candor virginitatis habet
Hec duo significant: quis natura repugnet.
Quod paris illesa virginitate deum
Lucida bisseno tibi frons innectitur astro:
Atqz sedes alto glorificata throno
Sole micant humeri fugientibus vndiqz flammis:
Et niueos vestit candida luna pedes
Maxima spirituum legio tibi seruit: & vltro
Celestes volitant ad tua iussa chori.
Tu nostros igitur potis es depellere morbos
Aegraqz de tepido membra leuare thoro
Cerne meos ergo gemitus: miserere dolorum:
Non licet afflictas dissimulare preces
Luce gemens iaceo resonant suspiria nocte:
Totaqz continuus tempora langor habet

¶ Carmina de beata virgine.

Arida conuellit feruens precordia febris
Et phlegethonteo me coquit igne focus.
Renibus ethna subest: boreas incendia flatu
Suscitat: immensus deuorat ossa calor:
Aret & exusto tabescit lingua palato
Siccaque compressis faucibus ora tacent
Fessus hiat pulmo: tenuem vix attrahit auram
Raucaque languenti guttura voce sonant
Flagrat dira sitis: quam non extingueret hebrus
Cum gelido hybernas colligit amne niues
Soluitur in cineres exhausto sanguine corpus
Et parat arsuro tabida membra rogo.
Aeger solus inops aliena ignotus in vrbe
Conqueror & mecum tristia fata gemo
Auxilium medicina negat: natura dolori
Cedit: & ammisso robore victa iacet
Non me phillirides possunt non phasides herbe
Soluere: non coi prouida cura senis
Non mihi circeum carmen non peonis artes
Non pariet delos: non epidaurus opem.
Qualis in equoreo puppis quassata tumultu
Cum bibit admissum scissa carina fretum
Talis ego immensa morbi sub mole sepultus
Non procul extremum suspicor esse diem
In scopulum fracta si quis rate pulsus ab vndis
Expectet naute pretereuntis opem:
Vidit vbi lato nullam prodire salutem
Aequore: sopit iners tristia corda gelu
Sic mihi qui non sum medica sanabilis arte
Opprimit exanguis pectora mesta pauor

Ad superos clamo supplex ꝛ numina planctu
Sollicito. diuos in mea vota voco
Sed te precipue diuorum maxima virgo
Mitis in humanum que genus esse soles.
In nos magna tui sunt experimenta fauoris
Et pietas omni iam tua nota loco est
Erue me tantis igitur regina periclis:
Et lacere sparsas collige nauis opes
Mox vt liber ero lauretia templa reuisam
Et tibi de nostro carmine munus erit.
Carmine persoluam grates: ꝛ carmine laudes
Carmine diuinum testificabor opus
He mihi diuitie quis mihi paupere vena
Castalio tenuis riuus ab amne fluat
Ter tibi lucentes sacrum ponetur ad aras
Junctaqꝫ cum dulci mistyca liba mero
Et tua progenies duplici sub imagine sacrum
Fiet: ꝛ hec nostre causa salutis erit

Finis

Dauentrie impressum Per me Richardum paffraet Anno dñi millesimo quingētesimo secundo In profesto Marie virginis presentationis